

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Rudolf Zwinger


**Extremum Pietatis Officium, Sanctis Manibus Viri Venerandi & Excellentissimi D.
Petri Werenfelsii, Ecclesiæ Basiliensis, dum viveret, ... Celeberrimi : In illustri &
frequentissima Panegyri Die XXIII. Augusti Ann. MDCCIV. Oratione Parentali
Præstitvm Ab ejusdem in Sacro Officio Successore : Accedunt Clarorum Virorum
Epicedia**

Basileæ: Literis Johannis Brandmülleri, MDCCIV.


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1755473125>


Druck Freier  Zugang





Ac 1471. 1. 2.





Extremum Pietatis Officium,

Sanctis Manibus

Viri Venerandi & Excellentissimi,

D.PETRI WERENFELSI,

Ecclesiae Basiliensis, dum viveret, Antistitis Vigilantissimi, & in Academiâ ibidem S. S. Theologiae Doctoris ac Professoris Celeberrimi,

In illustri & frequentissimâ Panegyri

Die XXIII. Augusti Ann. MDCCIV.

ORATIONE PARENTALI PRÆSTITVM

Ab ejusdem in Sacro Officio Successore

JOH. RODOLFO ZVINGER O.

Accedunt Clarorum Virorum
Epicedia.



16.

B A S I L E Æ,

Literis JOHANNIS BRANDMÜLLERI,
Ann. MDCCIV.


Kl-1471.2.

LIBRARY OF THE ROYAL SOCIETY
OF LONDON

PRINTED FOR THE SOCIETY, BY JAMES NAPIER, ANTHONY TILLOTSON,

JOHN DODGE, & HENRY FOLLY.

1704.



JOH. R. DODD. ZAINGER.

ACADEMIAE CLOVIANAE VITRIOLI


PHYSICIS.



B A D E

1704.

THESE JOHN DODD. ZAINGER'S
MEDICAL LIBRARY.



J. RODOLFVS ZVINGERVS,
Ecclesiæ Pastor, & in Acad. S. Theolog.
Doctor & Professor,

BENEVOLIS LECTORIBVS
SALVTEM ET PACEM
IN DOMINO JESU!

CVM in omnibus nostris Actionibus extrema nobis sint fugienda, tum in primis aurea illa mediocritas observanda est in honore, quo defunctos nostros prosequimur. Vitandus hic omnis excessus: vitanda inanis pompa, immodicis sumptus, turpisque adulatio. Neque enim exempla humanæ fragilitatis in argumentum luxus & superbia à nobis sunt convertenda: & abhorrere debemus, qui Christiano nomine gloriamur, ab omnibus illis, quæ Gentilium redolent impietatem, qui non veriti sunt, post mortem in Heroum, Semonum, inò Deorum Dearumque numerum referre, quotquot a rei alicuius utilis inventione, aut præclarè gestis, aut alia ratione præceteris hominibus excelluerunt, non satis mortales à se honorari posse, stolidè existimantes, nisi immani sacrilegio in eorum gratiam Immortalì Deo honorem suum eriperent. Unde & præcipue orta est illa omnium pene Gentium πολυθεότης: quid enim aliud plerique Deorum fuerunt, quam homines, quos supersticio post mortem in Deos convertit, & immortalitate donavit? Talium Deorum turba postquam Graci

A 2

calum

calum compleverunt, auctus postmodum vehementer est eorum numerus à Romanis, tum in primis, quando summa rerum ad Imperatores eſet delata, quorum plerique post fata à Senatu sunt consecrati, & inter Deos relati. Quia in re id oppidò ridiculum fuit, quod Senatus ille, aut verius Senatus umbra, omni autoritate amissa, sibi tribuit potestatem omnium maximam, Deos ex hominibus faciendi. Ab hoc enim Imperatores impetrare debebant Praedecessorum, Uxorū, Filiarū, Pellicum etiam, ne quid tarpius dicam, consecrationem. Quem morem Veteris Romæ, ut innumera alia, strenue imitatur Roma hodierna, quando Pontifex jus sibi arrogat, numerum Sanctorum in Ecclesia invocandorum pro libitu augendi: Nihil enim hic apparet discriminis, niſi quod hæc Sanctos vocat, quos olim Senatus Divos, & Canonizationem, quod ille Απόθεωσις aut Consecrationem appellavit: dum interea non minori religione coluntur Sancti canonizati, atque olim Divi consecrati. Ab his vero excessibus, omnibusque adeo, quæ ad eos viam quoquo modo sternunt, quemadmodum merito abhorremus: ita non minus nobis cavendum censemus, ne in alterum extremum incurramus, defunctosque nostros, de nobis in vita bene meritos, debito honore defraudemus. Relinquendum Deo, quod Dei est; sed & præclaris Viris dandum, quod illorum est. Id nisi facimus, ingrati sumus in Deum, qui eos nobis indulxit, plurimisque per illos beneficiis nos cumulavit. Ingrati in illos ipsos, quos spoliavimus debito laborum pro nobis impensorum præmio, talique, quod Deus ipse illis adjudicat, quando in verbo suo pronunciat, memoriā justi in benedictione esse debere. Peccamus in superstites, totamque adeo posteritatem, quando ad eos emendando ingens virtutis incitamentum non adhibemus, quod in eo consistit, ut exempla Virorum eximiorum iis ante oculos ponamus, & quæ post mortem felicitas in cælo, quæ gloria in terris tales sequatur, monstremus. Eum in finem præter alios, qui defunctis deferebantur, honores, laudationes funebres non ab iis saltim qui foris sunt, sed ab ipsa Ecclesia Christiana sunt usurpatæ: Quem morem nostra quoque Ecclesia & Academia jam inde à longo tempore constanter observavit. Quare

cūm


cum Apostolus Doctorum cum primis & Pastorum nostrorum defunctorum gratam memoriam nobis commendet: Memores estote Ducum vestrorum, qui locuti sunt vobis sermonem Dei: quorum imitamini fidem, contemplantes qui fuerit exitus conversationis ipsorum, silentio nobis prætereunda non erat justitia, quam non ita pridem passi sumus morte Venerandi & Excellentissimi Viri, DN. PETRI WERENFELSII, qui postquam in Academia Controversiarum & Locorum Communium Professionem X. Veteris Testamenti XI. Novi vero VII. annos magnâ sua cum laude & studiose juventutis emolumento exornasset: in Ecclesia vero LVI. annos Verbi Ministrum, & inter illos XXVIII. Antifitem egisset, viraque integritate non minus quam doctrinae puritate omnibus edificatione fuisset, superiore anno d. XXIII. Maji, completo anno etatis LXXVI. placida morte ad caelestem panegyrim à Deo evocatus Bonis omnibus acre sui desiderium reliquit. Cujus proin Venerabilis Senis merita cum solenni Oratione prædicare, ejusque vitam atque obitum pia recordatione recolere proxima Sabbathi die, que erit hujus mensis Augusti XXIII. hor. X. bono cum Deo constituerim, universos virtutis atque eruditiois amatores, WERENFELSIANIQUE Nomines estimatores, ut huic panegyri frequentes interesse, atque mecum Deo Opt. Max. pro concessso nobis tamdiu præclaro promovenda sue gloria & salutisque nostra instrumento gratias agere, & apud eundem pro ulteriore sua gratia nobis clementer indulgenda fortiter instare ne dedignantur, enixè rogo: à me viciſſim, quandocunque occasio se obtulerit, quilibet cultus, obsequii, honoris officia relaturi.

Rectore Academiæ Magnifico, D. THEODORO ZVINGERO,
Med. Doct. Anat. & Botan. Profess. meritiss.
Decano ordinis Spectabili, D. SAMUELE WERENFFELSI,
S. S. Theol. D. Vet. Test. Prof. celeberr.

SERE-



SERENISSIME PRINCEPS, DOMINE
CLEMENTISSIME: Magnifice Domine Re-
ctor: Amplissime Domine Tribune Plebis, Pater
Patriæ: Illustres & Generosissimi Domini Baro-
nes: Gravissimi D. D. Scholarcha: Venerandi
Excellentissimi, Consultissimi, Experientissimi,
Clarissimi D. D. Professores: Reverendi & Fi-
delissimi D. D. Pastores & Ministri Ecclesiae:
Auditores omnium Ordinum & Dignitatum No-
bilissimi, Clarissimi, Præstantissimi: Tuque in
spem Patriæ, & Rei Literariae feliciter assurgens
studiosa Juventutis concio florentissima.



Iberium Neronem, tertium
à Julio Cæsare Imperatorem, Tro-
janorum Legatis ex Asia advectis,
paulloque seriūs, & quasi oblita-
ta jam doloris memoriâ, ob Filii
Drusi obitum consolantibus facetè
respondisse, Suetonius Auctor est:
Se quoque vicem eorum dolere, quod
egregiam civem Hectorem amississent. Ef-
fluxerant autem jam duodecim plus minus secula ab interi-
tu Hectoris. Sensit nimirum Tiberius, importunos esse con-
solatores, qui vulnus temporis decursu ferè obductum &
curatum lugubri illius *ārapvñtē* refricarent.

Quin-

Quindecim abhinc elapsi sunt menses, Auditores, quo
quàm funestam cladem, quàm acerbum dolorem cum no-
stra Civitas & Academia, tum universa Ecclesia Orthodoxa,
& in primis Helvetica, accepit ex morte non quidem præ-
matura; at certè nondum exspectata Venerandi & Excellen-
tissimi Viri, Dn. PETRI WERENFELSI, SS. Theol. Doct.
& Professoris Celeberrimi, Ecclesiæque Antistitis Fidelissi-
mi, verbis exprimere nesciam.

O inanes nostros cogitatus, qui èò magis secundis in
rebus nos decipiunt, quò certiore spe quadam nobis allu-
dunt! Sperabamus quidem nos, Venerabilem nostrum Sa-
crorum Antistitem, qui quamvis in tam proœcta ætate in-
tegro adhuc videbatur esse animi corporisque vigore, pro-
pemodum fore sempiternum, saltem multis adhuc annis
nobis superfuturum. Itaque in ejus luce læti exultabamus:
nulla nos premebat solicitude, nulla tam tristis jacturæ, vel
naufragii nobis impendentis formido. At ô lubricam atque
caducam vitæ humanæ conditionem, quæ cùm minime pu-
tamus, deficit, & velut umbra evanescit! Recubabamus
tranquilli sub umbrâ suavissimæ istius hederae, quando ver-
miculo mortis subito arrosa pauxillorum dierum spatio e-
marcuit, nobis in squalore jacentibus, & intolerabili moe-
rore nos confientibus. Quis enim in tanta rei indignitate
non mœruisset? Certè si lucidissimi Ecclesiæ & Academiæ
sideris occasum minus doluissemus, aut lapidei censendi
fuissemus, aut nobis planè inimici.

Hoc unum nunc vereor, Auditores, ne idem mihi,
quod Trojanis Tiberius, objiciatis, tarda nimis esse mea
molimina, & dum Patrem optimum, piè ac gloriosè in Do-
mino requiescentem, postliminiò in scenam revocare, debi-
tumque illi Pietatis officium præstare studeo, dolores ex
ejus funere conceptos non tam me lenitulum, quàm renova-
turum; quando nihil est, quod animi quietem vehementi-

us

us disturbet, profundiusque vulneret, ac Amicorum ex hoc Mundi theatro egressorum recordatio.

Sed enim considerare vos velim, lacrymarum torrenti cursum suisse aliquandiu relinquendum, ne recens dolor verba suffocaret. Quomodo enim *Viri Desideriorum* amissionem sine ægrimonie sensu terre potuisse, aut quomodo alios consolari, qui in tantâ luctus acerbitate ipse consolatore indigebam? Præsertim quando moerori publico accessit non solum incredibilis animi solicitude ex insperata Mei in tanti Viri locum substitutione; sed & domesticus insuper luctus, qui anxiis jam pressum curis tantum non oppressit, nec nisi tempore rerum edace atteri posse videbatur. Neq; ignorabam, cruda adhuc & sanguine manantia vulnera leviore etiam attræctione magis exasperari, gratioraque adeò esse & suaviora lenimenta, cum primi doloris æstus detinuerunt. Tum quum ea sit nostra negligentia, ut Virorum præclarè de nobis meritorum memoriam quam citissimè deponamus, ipso Propheta exclamante: *Justus moritur, & non est quisquam, qui ponat super cor, & Viri benigni recipiuntur, nemine advertebitur*, inter obitum Beati nostri Werenfelsii & extremum hoc honoris ac venerationis illi debitæ officium moram aliquam interponendam existimavi, ut si in quorundam animis cum corpore exanimi expirasset, funebri laudatione aliquando inibi resuscitaretur. Quamvis forte ingrata ejusmodi oblivio apud vos, Auditores, vel ideo non metuenda videtur, quod Successoris ineptitudo, innumeræque infirmitates, comparata cum præclaris & mediocritatem longè superantibus dotibus, quibus Defunctus quondam inter nos resplenduit, non possint non tristem illius jacturam quotidie vobis in memoriam revocare: perinde ut noctu, postquam Solis jubar nobis est subductum, albicansque Luna ejus locum in cœlo occupat, demum animadvertisimus, quam fulgidum & incomparabile sidus ex oculis nostris disparuerit.

Quan-

Quando verò, dicente Aulonio, *Sanctius quicquam non habet reverentia superstitem, quam ut amissos venerabiliter recordetur*: quomodo non solùm Gentiles parentare, i.e. patriis manibus justa facere, sed & Christiani suos in Domino defunctos, venerabiles præsertim Ecclesiæ Præsules, piis laudibus e sterre consueverunt, extantibus adhuc Gregorii Nysseni in *Meletii*, Nazianzeni in *Basilii & Casarii*, Ambrosii in *Fratri Satyri* exequiis habitis Orationibus funebris, nostrum omnino est, eadem pietate beatissimi nostri Patris & Ecclesiæ Doctoris Manes prosequi, ut ejus Vita piè transacta, & res ab eo præclarè gestæ ab oblivione vindicentur & omnem ad posteritatem transmittantur.

Quod officii dum in Cathedra hac, funesto apparatu instructâ, Auditorioque, quod mellifluis Sermonibus *τέ μαναπίς* toties personuit, occupo, fateor, tantum me moorem de novo invadere, ut quid primùm, quid postremum de Viro meritissimo dicturus sim, penè nesciam. Tentabo tamen, dolore tantisper suppresso, quantulum in viribus meis erit, nec patiar requiri à me debiti justissimi persolutionem. Cæterum non expectabitis à me, Auditores omnium Ordinum & Dignitatum Splendidissimi, phaleratas verborum ampullas, aut prolixas encomiorum accessiones, quibus tot virtutibus condecoratum illumstrem reddam, quod foret Solem affusa luce velle lucidorem reddere: Quin potius in tam ampla rerum dicendarum copiâ Geographorum morem mihi imitandum video, qui vastissimos terrarum tractus in tabellis suis designant potius quam repräsentant. Sed nec in eo multum laborabo, ut benevolentiam ac attentionem vestram mihi conciliem. Adeo enim defunctum, dum in vivis esset, suspexitis, adeo venerati estis, adeo amatis, ut ejusdem memoria post fata vobis non possit non esse quam gravissima.

B

Ergo

Ergo ut bono cum Deo Narrationem historicam vitæ ac mortis Beati nostri Antistitis pandamus , lucem hanc aspicere cœpit Anno superioris Seculi vigesimo septimo, Die vigesima Maji : Anno Ecclesiæ Evangelicis , quibus post tot acceptas clades πανολεθρία passim imminere videbatur , luētuosissimo , quoque ipsi nostri Antecessores metu haud frustraneo angebantur , ne tempestas bellica, terribili cum fragore per totam Germaniam sæviens, super Helveticas Ecclesias se tandem esset exoneratura : siquidem consilia jam clancularia inter Pontificios agitabantur , de repetendis ubique à Protestantibus Bonis Ecclesiasticis, illisque qui se opposituri essent vi ad restitutionem adigendis. Inter undas istas curarum , quibus pii fluctuabant , nascitur , qui aliquando Dei beneficio nos eſet consolaturus de labore nostro, & de dolore manuum nostrarum : perinde ut nautis , quando noctu horrisonis jactantur procellis , per coeli nubila quandoque emicans stellula aliqua halcyoniorum spem affert.

Locus natalis Defuncto fuit Lucisvallum , exiguum ditionis nostræ oppidum , ubi tunc Beatus illius Parens Verbi Dei Ministrum agebat. Nimirum uti terra sterilis & inculta sœpe gemmas lapidesque preciosos profert: ita haud raro loca obscura Viris pietate , doctrinâ , fortitudine eminentissimis ortum dant. Prout David , ipseque Christus non Hierosolymæ , Judæorum Metropoli splendidissimæ , sed Bethleemæ , quæ minima fuit inter duces Judæ , nati. Et , ut proprius ad nostra tempora accedam , ex pago Togiorum , quem vocant ad Domum Sylvestrem , Huldricus Zwinglius , ex Winsperga Cherulcorum oppidulo Johannes Oecolampadius , ex Bremogartâ Henricus Bullingerus , celeberrimi Helvetiæ Reformatores ; ex Islebiâ vero Comitatus Mansfeldici , & Brettâ Palatinatus inferioris oppidis sat ignobilibus , Viri omni laude majores Martinus Lutherus & Philippus Melanchthon prodierunt. Deus nempe , qui non respicit quod

quod spectare solent homines , visitationis suæ paternæ gratiam non alligavit splendori & fastui mundo ; sed quæ hominibus despectui sunt, extollere , eximiorumque Gloriæ suæ Organorum natalibus illustria reddere amat : ut sciamus , neminem ob Patriæ obscuritatem contemnendum , sed Dei dona in quibusvis , undecunque demum oratum traxerint, æstimanda, inque decenti pretio habenda esse.

Prodiit noster ex celebri inter nos Werenfelsiorum familiâ , Parente Viro Rever. & Clariss. Dn. Joh. Jacobo Werenfelsio , Verbi Dei in Agro primùm , dehinc in Civitate hac nostra Basileensi apud cœtum Martinianum per 40. circiter annos Ministro fidelissimo , meliore valetudine longiore quevitâ , si ita Deo visum fuisset , dignissimo , ut egriegias , quibus pollebat , dotes , abundantemque Spiritusunctionem , cuius præclarum specimen , sacrasque quasi reliquias habemus in accuratissimis in Ecclesiastem Salomonis Homiliis , post mortem ejus editis , diutiùs & fortius diffundere potuisset. Mater illi fuit Matrona honestissima Jabel Ryff , Filia Viri antiquæ virtutis & integritatis , Dn. Petri Ryff , Medicinæ Doctoris experientissimi , & Mathematum Professoris celeberrimi. Dies me deficeret , si in merita Majorum Werenfelsii nostri excurrendum esset. Non possum tamen , quin ex avito genere paterno commemorem Viros Reverendos & Doctissimos Severinum Aerimontanum , domiforisque Sancti Evangelii per 26. annos Praeconem fidelissimum , ac Facultatis Philosophicæ Assessorem per 20. annos : hujusque Filium Henricum , propemodum in pueritiâ , anno videlicet decimo septimo ad Professionem Linguæ Græcæ , ac deinceps ad Præposituram inferioris Collegii , Pastoratumque Ecclesiae in Dillingen , Diœcesis Ratisbonæ vocatum. Qui idem postea ad Diaconiam Ecclesiae Petrinæ translatus , zeloque Dei pro fide orthodoxâ Ecclesiae Basileensis ardens , cùm Adversariorum odio premeretur , ma-

luit cedere officio suo Ecclesiastico, quām à sanā doctrinā ab Antecessoribus haustā vel latum unguem discedere. Itaque spontaneum velut exilium subiens in Galliam iter fecit: sed ex Lanienā Parisiensi vix elapsus vicinæ Ecclesiae Mülhusinæ Ministerium suscepit, ubi Apologiā vernacula rationem fidei suæ in causā Sacramentariā, & Ecclesiarum Helveticarum, præsertim Basileensis constantem sententiam inde à Reformatione protulit, defendit, vindicavit.

Tam præclaros Viros, fortissimosque Orthodoxiæ hyperaspistas inter Majores suos numeravit Werenfelsius. Scio equidem, Auditores, inutilem esse natalium splendorem, nisi posteri Majorum virtutes imitentur: & fucum esse Rhetoricum, *ab avis & atavis, & omni retrò nobilitate ornare quem laudas, ut ramorum sterilitatem radix fœcunda compenset, & quod in fructu non teneas, mireris in trunco*, ut Hieron. ad Demetriad. loquitur. Sed nemo mihi diffitebitur, non minimæ laudis esse, si in posteris cum sanguine etiam spiritus Majorum, eorumque impetus ad Virtutem reviviscat. Cujus illustre nobis exemplum dedit ὁ μαναπίτης, quando patriæ avitæque indolis pariter ac virtutum hæredem exasse se palam demonstravit.

Quandoquidem verò corruptionis ac malitiæ semen nobiscum ferimus in hunc Mundum, prima Parentum τὴ μαναπίτης cura fuit, filiolum sibi natum ad S. Baptismi fontem deferre, ut lavacro regenerationis ablutus Deo Creatori & Servatori consecratus viveret. Et Petri quidem nomen opportunè ipsi inditum, qui Ecclesiæ Petram Jesum Christum aliquando cum zelo & fervore esset prædicaturus, in eumque iñotâ animi fiduciâ recubitus. Unde pro symbolo pium illud susprium usurpavit: *Tu Petra meæ es bone Christe Salutis. Quod senex in Distichon hoc convertit: Petra Salutis eras puer, juvenique, viroque. Auxilio ne me desere, Christe, senem.* Fidejussorem in Baptismo inter alios habuit

Virum

Virum Vener. & Celeberr. Dn. D. Johannem Wollebius, Ecclesiae Bas. Antistitem meritissimum, qui non multo post in medio dierum suorum huic mortalitati valedicturus Puerulum istum, ceu sui jacturam aliquando resarciturum, Deo & Ecclesiae in sacrâ illâ actione præsentâsse videtur.

Simul ac cum linguae usu egregiam, quâ erat, indolem & ad Studia inclinationem manifestare cœpit, prout urit maturè quod vulnus urica manere, nihil omisere Parentes eorum, quæ laudabilem istam Filii propensionem ad exoptatam metam provehere poslent: in eo cumprimis laborantes, ut ante omnia ad veram Pietatem, quæ sapientiæ initium & culmen est, filium formarent, firmiter nempe persuasi, scientiam sine Dei Timore Δαιμονιώδην esse, atque turpiter inflare.

Puer sexennis à Patre in Gymnasium ductus ea statim præter morum elegantiam singularis vividique ingenii, diligentiae, judicii, memoriaeque specimina edidit, ut comilitones facile superaret, & ad magna natum illum esse nemo non auguraretur. Emenso Gymnasi curriculo Anno 1641. ad publicas Lectiones promotus, rudimentis depositis, Magnifico tunc temporis Academiae Rectori, Dn. Sebastiano Beckio, S. Theol. Doctori & Prof. celeberr. nomen dedit, eosque deinceps sub manuductione Viror. Clariss. Lucii, Wetstenii, Hagenbachii, Plateri, Harscheri, Burcardi, Obermeyeri aliorumque in Philosophiâ & Philologiâ profectus fecit, ut Ann. 1642. Promotore D. D. Luca Graffio, primæ Laureæ, Anno verò 1644. Promotore D. D. Felice Platero Magisterii honores magno suo merito obtinuerit.

His Philosophiæ præsidiis instructus tanto feliciore cum progressu ad altiora, Studium videlicet Theologiae transiit: ita tamen, ut Philosophica, absque quorum tintura in superioribus Facultatibus vix quicquam profici posse credebat, non omnino deponeret, sed subcisisvis ad mi-

nimum horis ad illa recurreret, ut velex binâ Disputatione publicâ, de *Anima Humana*, & de *Causâ efficiente*, quârum ille in frequenti Panegyri Ann. 1645. & 1646. Præsidiem egit acutissimum, colligere licet.

Primariò tamen Sacré Theologiæ, cui natus & destinatus erat, animum applicuit, diligentiaque extraordina-
ria, discendi ardore, ac quotidianis profectibus eum sibc
apud Præceptores, quos præter venerandum Parentem
qui in gratiam Studiosorum varia Collegia privata institue-
rat, nactus est Viros Excellentissimos, *Beckium*, *Zuingerum*, *Buxtorfum*, conciliavit amorem & favorem, ut tan-
tæ spei Juvenem magis magisque sacrarum rerum notitiâ
imbuendum rati, eum intimâ admissione dignarentur.
Nimirum uti nutricibus, quò avidius infantes fugunt, eò
copiosius ubera laete fluunt: ita crescit apud Præceptores
docendi ardor, quantum apud Discipulos discendi cupi-
do crescit.

Sed jam tempus aderat, quo, quem hactenus ex assi-
dua lectione ac meditatione, ut & Præceptorum institu-
tione cognitionis thesaurum collegisset, in publicum pro-
ferret. Quare Examine pro S. Ministerio insigni cum laude
superato, obtentaque licentiâ Verbum Dei publicè prædi-
candi, non ignarus, exercitium facere in arte Magistrum,
in id omni studio incubuit, ut crebris Concionibus Scri-
pturam Sacram in lingâ vernacula tanto familiariorē
sibi redderet, decentemque παρόντιαν acquireret. Nulli
itaque Ministrorum sive in urbe sive in agro operam suam
subsidiariam facile negavit; præsertim verò Parentis vale-
tudinarii vices sive in Concionibus, sive in Ægrotorum
visitatione strenuè peregit. Hic verò omnes statim admirari
Viri Juvenis ἐν ταῖς γραφαῖς θύρας, in docendo solidita-
tem, in dicendo perspicuitatem, in commovendis animis,
sive afflicti essent erigendi, sive præfracti Peccatores cor-
ripiendi,

ripiendi, sive ὁ ἀντιλέγοντες convincendi, vim atque efficiaciam, idque eo magis, quod non ageret eloquentia carnali, aut verborum phaleratorum lenocinio, sed ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως, stylo quidem plano & simplici ad populi captum accommodato, sed qui plenus esset gratiae & singularis cuiusdam ἐνεργείας, rebus potius dicendis, quam verbis intentus: secus ac illi Oratorum sacrorum, qui persuasoriā hominum sapientiā turgidi verborum habent mare, rerumverò inane, quorumque adeo sermones aures oblectant ac demulcent, animos verò non afficiunt, neque ad ima cordis penetrant.

O beatum Werenfelsii Patrem, cui ob continuas corporis infirmitates & languores, quibus à functionibus sacri officii abstrahebatur, anxio & conturbato Deus Filium adjutorem concessit, in quem oneris nimiūm sibi gravis partem devolveret, & talem Filium, cuius labores in Cœtu essent fructuosissimi, & universalem haberent applausum! O dignum Patre optimo Filium, cui nihil æquè volupte, quam Patri languenti suppetias ferre, doctrinamque ab eo haustam ejus loco & vice in Ecclesia profundere! Quod verè est ἀντιπελαργεῖν, ciconiarumque morem imitari, quæ Parentes senio confectos suis alis in viridaria pastum potumque exportare dicuntur.

Inter practicas istas occupationes non seposuit tamen Noster alia studia, sed ut docendo quotidie disceret, operam suam Juvenibus honestis impendens eos in Artibus, Linguis, præsertim Sanctâ, & Theologiâ pro virili sua quam fidelissimè instituit, non sine eorum, suaque ipsius προκοπῇ. Sensit nempe, suum esse, talentum sibi concretum non cum servo nequam in Terram defodere, aut in sudario reponere, sed illo, ubicunque occasio se offerret, strenue negotiari, ut in exiguo fidelis compertus super multa aliquando constitueretur. Inter ipsas istas occupatio-
nes

nes Ann. 1649. defendit Diatriben Theologicam *in Psalmum Primum de unica & vera Hominis Felicitate*, sub Præsidio Venerandi piæ memoriae Avi mei D. D. *Theodori Zuingeri*, eoque congressu quantum in Theoriâ pariter & Praxi Theologicâ valeret, Publico abundè probavit.

Sed enim non debebat nascentis hujus sideris fulgor intra Patriæ limites manere; verùm exteris quoque illucescere. Sub finem Anni 1650. Illusterrimus Comes *Fridericus Casimirus antiquioris prosapiæ ab Ortenburg*, literis ad Vener. Facultatem Theologicam datis petiit, sibi quendam ex junioribus Verbi Ministris mitti, qui in Aulâ suâ Sacris fungeretur. Deliberatione institutâ *Werenfelsius* noster omnium dignissimus judicatus, cui Munus istud demandaretur, propter egregios in Studio Theologico profectus, vitam haëtenùs inculpatè transactam, insignesque alias dotes. Durum equidem erat Patrî, Filium, cuius operam ob vires quotidie decrescentes magis magisque sibi necessariam videbat, à se avelli: sed victus Filii aliorumque precibus tandem consensit, ut stationem oblatam amplectetur, secum sine dubio considerans, sicut Socrates rogatus cujas esset, *Mundanum*, i. e. totius Mundi civem & incolam se vocavit: ita potiore jure Deo consecratos Nasiræos Cives esse Ecclesiæ per orbem dispersæ, Patriæque adeo, tametsi ei plus debeant quam exteris, tamen non prorsus esse alligatos, sed illis eundum, in quamcunque vineæ partem Domino libuerit illos vocare, si vel maximè cum Jona inter Gentes à Foedere Dei alienas mitterentur. Itaque Noster scitu ac consensu Parentis, veniaque insuper ab Ampliss. Magistratu impetratâ, commendatitiis honorificoque Testimonio ab utroque ordine Politico & Ecclesiastico instructus sub initium Anni 1651. iter bono cum Deo ingreditur, & haud multo post Ortenburgi feliciter appellit, Deo Servum suum comitante, & ab omni malo tutum præstante. Ibi loci per-

inte-

integrum triennium in Concionatoris Aulici munere eā cum dexteritate , prudentiâ , zelo & ædificatione est verfatus , ut totius Auditorii , Illustrissimi præsertim Comitis gratiam , favorem & amorem sibi conciliarit : usque adeò ut hic posteà cùm Noster in Patriam revocaretur discedenti in lacrymas profusus inter alia dixerit : *Quamdiu sibi frustum panis reliquum sit futurum , sibi illud cum ipso , si eo opus habuerit , commune fore.* Aliàs nimis eheu ! frequens est , Servis Jesu Christi malum pro bono rependi. At quanta Werenfelsii felicitas , qui in Ministerio suo aulico eo honore habebatur , ut illud Pauli ad Galatas jure sibi accommodare posset : *Me ut Angelum Dei , ut Christum Jesum excepistis. Testimonium enim reddo vobis , vos , si fieri potuisset , oculos vestros effosso daturos mihi fuisse.*

Neque verò existimate , Auditores , Werenfelsij apud exteris agentis propterea oblitos esse illos , quibus Ecclesiæ patriæ cura incumbebat , prout absentis nullam esse recordationem vulgo dicitur. Praeclara , quæ in ipso observaverant , Dei dona nimis profundos in illorum mentibus reliquerunt aculeos , quām ut ulla oblivione deleri potuerint. Itaque triennio vix elapso repetendum duxit Basilea , quod suum erat. Rever. Dn. Lucas Gernlerus ad Archi-Diaconatum Summi Templi Ann. 1653. promotus vacantem post se reliquit Communem Diaconatum , cui dignè sustinendo nemo aptior visus Werenfelsio , cuius Virtutum odor ab Austriae & Bavariae finibus ad nos usque se diffuderat. Jussus igitur in Patriam redire , novoque jugo collum subdere : In quo quidem mirè se exeruit Divinæ Providentiae ductus. Nam qui ex arcano Dei consilio Gernlero in supremo Dignitatis Ecclesiastice fastigio aliquando successurus erat , priùs in infimo gradu ejus locum occupare debuit , ut in omnibus decurreret per incomparabilis istius sibique conjunctissimi Viri vestigia. Literis revocatoriis acceptis,

C

ab

ab Illustrissimo Comite ægrè quidem, at clementer tamen & honorificè cum testimonio optimæ notæ & egregio viatico dimissus est. Redux in Patriam Ann. 1654. ingenti cum cordolio Patrem optimum offendit podagricis doloribus adeò debilitatum & attritum, ut in publicum prodire amplius non posset. Quare, ut crebris exercitationibus sacris laboribus olim subeundis tantò citius assuesceret, præter ordinarias Communis Diaconi functiones etiam ægroti vices Ecclesiasticas jussus est in se recipere, quod & lubens, dexterimeque, ut omnina, præstítit.

Tametsi autem scipio iste Parenti emerito adeò necessarius esset, visum tamen est Deo, qui omnes nostros gressus regit ac dirigit, & pro lubitu operarios in messem suam mittit, illius operâ in viciniâ uti in succrescente apud Argentinenses Reformatorum Ecclesiolâ. Excurrerant illi haec tenus in Cœtum vel Germanicum vel Gallicum pagi *Bischweiler* ad peragenda ibi sacra & participandam S. Cœnam: quando Illustriss. Comes Hanoviæ *Fridericus Casimirus*, in honorem Celsissimæ Conjugis *Sibylle Christinæ*, Principes Anhaltinæ, potestatem illis indulxit Religionis suæ exercendæ Templique ædificandi in Pago *Wolphsheim* in superiore Comitatu Hanovico, unâ tantum horâ ab Urbe Argentoratensi distante. Petentibus ergo aliquem, qui ipsis impletato tam precioso privilegio ad animarum suarum consolationem usuris à Sacris esset, missus est Ann. 1655. ὁ μακάριτης, cuius & pietas, & eruditio, & prudentia Ecclesiastica nemini non perspecta erat: missus, inquam, eò est, ut Ecclesiam cultumque in ea publicum ritè constitueret. Secundo ergo Rheno Argentinam devectus Operi Domini per semestre terè strenuè & cum gaudio incumbit, accurrentibus ad ejus Conciones in *Wolphsheim*, tum præsertim cùm S. Coena celebraretur, ex viciniâ Religionis Sociis magno numero, insigni ipsorum profectu & solatio. Negotio sibi deman-

demandato egregié & gloriōsē confecto , Ecclesiāque optimè institutā iterum revocatur in Patriam. Quar e commendato Senioribus Ecclesiæ Rever. Dn. Matthæo Meriano , Concionatore tunc aulico in *Hohenloh* , postea verò Ecclesiæ minoris nostræ urbis Pastore Fidelissimo , ex qua statione ante biennium demum & quod excurrit ad aeternam requietum transiit, cœtui valedixit Conccione in *Jud.* v. 20 , 21. habita (quæ ipsa concio valedictoria , cuius & *Thomas Henrici* Suffraganeus Basiliensis in suo *Irenico* meminit, ad mandatum præfatæ Celsiss. Principis Anhaltinæ typis excusa est) protinusque patrios lares repetiit, ubi non multò post , videlicet d. 17. Nov. 1655. Venerandum Parentem marasmo senili infirmitatibusque arthriticis consumptum amisit , qui animam agens extremo horæ emortualis quadrante memorabilibus his verbis ad *Ev. Davatianum* se composuit : *Ultimus agon restat,*
Domine ne desere me , ne te deseram.

Vidit itaque se aliquā oneris sacri parte , vicibus nempe Beati Parentis, levatum : sed mox ad altiora , videlicet ad Summū Templi Archidiaconatum, ipsi gradendum erat, ubi iterum in locum pariter & labores Celeberr. *Gernleri* sub finem Anni 1655. ad Antistitium evecti, succedens amplum invenit Virtutis exercenda , donaque à Deo accepta utiliter & cum fructu impendendi theatrum sibi apertum. Et profecto quām strenuum , quām indefessum , quām fidelem Dei operarium in statione istâ egerit , verbis eloqui non possim. Loquantur conciones ejus elaboratissimæ , loquantur Catechesationes accuratissimæ , loquantur Collegia innumera privata theorica , practica , didactica , polemica , disputatoria , examinatoria , in gratiam Studiosorum indigenorum & peregrinorum , quorum frequentissimum habuit confluxum , ab ipso instituta. Et ut doceret , nihil oneris sibi esse αβάτατον , ipso illo tempore Clariss. Dn. Joh. Jacobi Buxtorfi nuper admodum cheu ! rebus nostris erepti , qui scitu &

indul tu Ampliss. Senatus Academici peregrinationem literariam instituerat, per quadriennium in Professione Hebraica Vicarium egit.

Sed nec ægrotis & sub premente Dei manu gementibus unquam se subduxit, præsertim Annis 1667. & 1668. quum lues pestifera urbem nostram affligeret, & Collegis in Sumo Templo partim senio confectis, partim lue abrepatis, onus ferè omne aliquandiu ipsius & Beati Gernleri humeris incumberet. Hic certè nihil periculi metuere, animam suam in manu portare, loca infecta intrepidè adire, decumbentes admonere, instruere, solari, ad Deum erigere. Explicuit tristi illo tempore in Concionibus matutinis hebdomadariis ad consolationem & præmonitionem coetus Psalmum XCI. solicitatusque postmodum ab Amicis veræ pietatis studiosis lucubrationes suas in publicum edidit, æternum Viri zelo Dei inflammati, fracturaque Josephi commoti monumentum.

Quando verò Dei servitium, cui se addixerat, integrum requirit hominem, de vitæ thoriique socia cogitare cœpit, quæ curis domesticis ipsum sublevaret. Despondit itaque sibi D. 9. Jun. Ann. 1656. Virginem lectissimam *Margaretham Gryneam*, Rever. Dn. *Samuelis Grynei*, Pastoris Leonhardini fidelissimi, deque studiosâ Juventute longè meritissimi, & *Mariae Buxtorffie* filiam, quæ illum suavissimo contubernio egregiæ prolis, s. nempe filiorum, totidemque filiarum Parentem reddidit, ex quorum aliquibus 16. nepotes cum 2. pronepotibus magno suo gudio suscepit: Supersunt autem cum honoratissimâ Matre, quam Deus in tristi viduitate vivido solatio erigere velit, 3. filii, 2. filiæ, 8. nepotes, & 2. pronepotes. Inter quos præcipue suspicimus ac reveremur Virum Venerandum, & Excellentissimum Dn. *Samuelem Werenfelsum*, S. S. Theol. Doct. & Vet. Test. Professorem Celeberrimum, ac p. t. Decanum

Dig-

Dignissimum, Collegam nostrum conjunctissimum, in quem cum sanguine Werenfelsiorum, Ryffiorum, Grynaeorum, Buxtorffiorum etiam quicquid illis inerat pietatis, eruditionis, ingenii, judicii, candoris amabili mixtura manasse videatur. Animus autem non est, Vir Clarissime, laudes tuas conversa ad te oratione deprædicare, quia hoc non patetur tua modestia, & quicquid dicerem, longè infra dignitatem tuorum meritorum foret, & virtutis denique tue fama jam dudum per orbem literatum volavit, ut me buccinatore opus non habeat: cuius luculentum testimonium nobis esse potest nuperrima illa tua per quam honorifica vocatio ab Illustrissimis Deputatis Frisiae Ordinibus ad vacantem Professionem Theologicam in Celeberrimâ Academiâ Franecquerana, quam quoque minimè recusaturus fuisses, nisi & Inlyti Magistratus, Amplissimique Senatus Academicus voluntas, & Venerabilis Ministerii preces, & omnibus denique innatus Patriæ, paternæque familiæ amor, tuaque in illam pietas Te apud nos retinerent. Nimirum cum Bonifacio illo nostro Amerbachio futrum patriæ bene adamata spretis haud tenuibus præmis & conditionibus alibi propositis, alieno igne luculentiorem autapns credis. Servet Te Deus, Venerande Vir, Illustre Ecclesiae & Academiæ nostræ, universæque rei literariæ, præfertim Theologicæ, decus & ornamentum, ut ad seros usque annos porrò inter nos ceu Stella primæ magnitudinis fulgeas, nosque Venerandum τὸν πάντα Parentem, cuius obitum etiamnum acerbissimè dolemus, in Te Filio quotidie redivivum cernamus!

Sed ut revertatur unde digressa est Oratio, postquam Defunctus noster in Archidiaconatu Annis XV. piè dextreque versatus fuisset, post obitum Rev. Dn. Theodori Richardi Pastor Gregis Leonhardini electus est incredibili cum Coetus plausu: quem quoque spes de Werenfellocepta

cepta nullo modo fecellit. Adeò enim in doctrinâ solidum, in officio sedulum & fidelem, in vita ἀμερτον, erga quosvis humanum se exhibuit, ut meritò sub pedo talis Pastoris lætarentur. Accessit quoque tunc Inspectura Orphanotrophii nostri, ab Ampliss. Magistratu illi collata, cui ad vitæ usque finem intemeratâ fide præfuit.

At verò gaudium Ecclesiæ Leonhardinæ in luce Pastoris sui haud fuit diuturnum, sed ad momentum duravit. Ad majora enim *Werenfelsius* noster jamjam erat vocandus, & supremus Antistitii gradus illi conscendendus. Luctuosissimus nobis accidit Anni 1675. ingressus morte præmaturâ Viri immortalitate dignissimi, Dn. D. *Gernleri*, Ecclesiæ nostræ Antistitis Vigilantissimi, quem febris ardentioris turbo in annorum flore & vigore célerimè nobis abstulerat. Jacebant quicquid erat piorum inter nos cordium in squalore & mcerore, fletibus & planctibus universa civitas personabat, & Viri Dei jacturam resarciri posse omnes desperabant: quando Deus nostri misertus ostendit, quem ipse elegisset, qui rem Ecclesiæ nostræ penè deploratam restitueret. D. XI. Maji ejusdem Anni in splendidissimo Confessu præcipuorum Coëtûs Summi Templi membrorum non multum deliberatum, aut in partes itum: omnes unanimiter in solum *Werenfelsium* respicere, eumque dignum judicare, qui *Gernlero* ad meliora evocato sufficeretur. Eligitur ergo ὁμοθυμαδὸν Pastor Ecclesiæ Cathedralis, postridie verò Summi Magistratus authoritate Antistes totius Ecclesiæ Basiliensis, & Archidecanus Ecclesiarum Provincialium dicitur. Et ut honoris pariter ac oneris cumulus ipsi accederet, ab Amplissimis Academiæ Proceribus Professor quoque Locorum Communium & Controversiarum Theologicarum designatur.

Quâ cum humilitate, quo cum timore ac tremore novum munus difficultatum ac laborum plenissimum in se suscepere, malo

malo ipsius τῆς μαναπίτης, quām meis verbis vobis repræsentare. Ita enim in Actis Ecclesiasticis post narrationem suę Electionis ad Deum conversus scriptum reliquit : *O Domine, quis sum ego, quae vita mea, quae familia mea patria, ut primario in Ecclesia Pastoratu, & Professione tam eminenti in Academia defunctor? Indignus sum honore isto, impar oneri: & quis ad hæc idoneus? Tu, qui solus potes, dona concede necessaria, in infirmitate mea exere robur tuum, & laboribus secuturis tuam affunde benedictionem.* Nec certè frustra fuerunt pia ista suspiria : concessit Deus Δωτὴρ ἐάνω servo suo οἰκανότητα, ut mira, ut ne dicam stupenda facilitate ardua quævis expediret.

Postquam ergo Coetui Leonhardino non sine gravi animi commotione valedixisset, D. 30. Maji Dominicā Trinitatis corpore non usque adeò valido ex quadam ventriculi imbecillitate Pastoratum Summi Templi tremebundus auspicatur, tractans pro concione illud Pauli ad Colossenses: *Grate pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis, ut loquamur mysterium Christi, &c.* Noverat icilicet, Ministris Verbi in munere difficilimo nihil æquè opus esse, ac preces & intercessiones Auditorum apud Deum.

Ut verò tanto majore cum autoritate Professioni sibi demandatae præset, modo veteri ac in Academiis recepto supremi Docturæ Theologicæ honores ipsi erant capessendi. Quare præmissis talibus speciminibus inauguralibus, ex quibus quantum fructus & emolumenti ex futuris ejus laboribus ad studiosam juventutem redundaturum esset, cuilibet ominari licuit, à Vener. D. D. Joh. Rodolfo Wetstenio Patre in splendidissimâ pariter & frequentissimâ Panegyri S. S. Theol. Doctor solenniter renunciatus; successu verò temporis, cùm in Veneranda Facultate mutationes acciderent, Ann. 1685. ad Veteris; Anno verò 1696. ad Novi Testamenti Professionem translatus est.

Qui-

Quibus sibi commissis Provinciis ita est defunctus, ut in alternatione laborum & occupationum præcipuas suas quæreret delicias, illud supremi Ecclesiæ Pastoris imitatus: *Esa mea est exequi voluntatem ejus, qui misit me, & perficere ipsius opus.*

In concionibus præcipuos Vet. ac Novi Test. libros explicuit: typis quoque excudi curavit pene ducentas fúnebres aliasque miscellaneas conciones, unam præsertim de S. Coenâ, quâ litem Evangelicorum, circa istud Sacramentum dilucidè exponit, necessitatemque ac media illam componendi fusè repræsentat. Docuit autem pro suggestu perspicuè, nervosè, sine affectatione, cum gravitate Virum Theologum decente, omnia dirigens ad ædificationem, nihil ad ostentationem: secus ac illi, qui in sermonibus sacris pompam, stylum, vocem gestusque theatraicos affectantes se ipsos prædicant, non Christum; sapè etiam animi sensa ita obscure involvunt, quasi intelligi vererentur. Extant ab eodem occasione solennium supplicationum & jejunii dierum typis excusæ XXXVI. Precum formulæ, spiritu pietatis, devotionis & fervoris plenissimæ. Cœpit etiam adornare librum precum ordinariarum in usum plebis Christianæ: & dabit fortè Deus, ut ab alio Servorum suorum ad umbilicum deducatur bono publico aliquando in lucem edatur. Optavit scilicet ὁ μαναπίτης, quando in extremâ senectâ Arti precandi indefesso studio vacavit, precans aliquando mori, quod & Sancti Augustini olim votum fuit. In regimine Ecclesiæ prudens fuit & circumspctus, in disciplina severus, in eliminandis omnis generis scandalis & abusibus fervidus, cuius nobis ante quinquennium luculentum specimen dedit in Reformatione Baptismi, qui cùm haecenus post dimissum Cœtum in choro Templi præsentibus non nisi Susceptoribus & Mulierum aliquâ turmâ administratus fuisset, ipso urgente ab eo tempore coram integro cœtu

tu

tu administrari solet: quod quin *ἴγρυπον τὸν κατὰ τὰς*
 fiat , ambigi non debet. Cùm enim Baptismus Sacra-
 mentum sit receptionis in Ecclesiam , decorum omnino est,
 ut quibus confertur , precibus totius Ecclesiæ Divinæ
 gratiæ commendentur , communioque cum Jesu Christo
 ejusque corpore mystico & salutaribus beneficiis sacro isto
 sigillo publicè illis obsignetur.

Consilia & Memorialia variis in casibus Inclito Ma-
 gistratu amplà cum materia , de qua agebatur , diductio-
 ne exhibita egregium sunt argumentum solidissimæ ejus
 in rebus religionis & salutis scientiæ , experientiæ , nec
 non pro Dei gloriâ zeli. Sed & privatis quibusvis , quibus
 liberum semper ad se aditum permisit, facilimum se præbuit
 in rebus dubiis consiliarium : Ægrotos , etiam cùm jam
 gravis esset annis , visitare , solariisque divinis imbuere ,
 egenorum , exulum , viduarum , orphanorum undique
 ad ipsum affluentium vulneribus balsamum beneficentiæ in-
 fundere in summo posuit gaudio ac voluptate. Summatim
 ut dicam , Pastorem bonum & paterne affectum se omni-
 bus probavit : Pastorem , cuius unicum studium , *perdi-*
am oviculam requirere , abjectam reducere , confractam obliga-
re , agrotam consolidare , & unamquamque jure pascere.

In Professione Locorum Communium & Controver-
 siarum Theologiam docuit Studiosisque instillavit secun-
 dūm methodum Compendii Wollebiani : In tractatione
 Veteris Testam. præter enarrationem potiorum Psalmor-
 rum Davidis telam à Beato Gernlero coeptam , explica-
 tionem videl. Prophetiæ Danielis absolvit: Opus dignissi-
 mum , quod publico tandem aliquando communicetur.
 Professioni Novi Testamenti admotus Acta Apostolorum
 piè , solidè , eruditè , ut omnia , explicuit. Præter Dispu-
 tationes ordinarias hebdomadarias extraordinarias &
 solennes quamplurimas habuit de variis argumentis : ut *de*
D *Colla.*

Collatione primi & secundi Adami XII. De Traditionibus Ecclesiae Romanae II. De Methodo novâ Pontificiorum cum Protestantibus disputandi III. De Deo, quâ agitur potissimum de Atheis & methodo novâ eos convincendi I. De Judicio à Lomo Dei incipiente VII. De Morte & Sanguine Christi, cœu precio Redemtionis nostræ unico, pro solis Electis soluto IV. De Partu Virginis, filioque ejus hoc partu prognato Emanuele I. De Velamine Judaeorum cordibus impendente ex 2. Cor. 3. 15. X. De Sabbathi Moralitate III. De Waldensibus II. De Mysterio Pietatis & Iniquitatis I. Quæ Capita ea soliditate, eruditione & perspicuitate est executus, ut non solum dociles facile in sententiam suam pertraheret, sed & pertinacissimum quemque de veritate invictè convinceret.

Neque verò in innumerabili ista occupationum sacramum varietate à se impetrare potuit Noster, quin aliquid sibi temporis & horarum subducerebat habendis ac continuandis Collegiis privatis, Juventutique Deo consecratæ ad veram pietatem, solidamque divinarum rerum notitiam formandæ. Suum enim esse putavit, ad instar Solis lucem cognitionis ex S. Scriptura haustæ etiam illis communicare, qui aliquando ad Verbi Ministerium admissi in Ecclesia cœu stellæ fulsuri essent. Cæterùm receptæ apud nos Theologiæ ita tenacem se ostendit, ut simul φιλαρελφιας esset studiosissimus, nec qui novi quid traderent, modò ne arietaret in fidei analogiam, propterea infectaretur, illud Christi firmiter tenens: *Scribam ad Regnum Cælorum edocetum instar Patris familiâs è thesauro suo nova & vetera depremere.* Quamvis illorum supercilium ægrè ferret, qui veteribus planè contemptis, non nisi in nova feruntur, hæc que cœco statim assensu, non adhibito discretionis iudicio, quo omnia probanda, bona verò retinenda, adoptant.

In Dignitatibus insuper Academicis, Rectoratu videlicet quem

quem ternâ , & Decanatu Vener. Facultatis , quem undēnā vice gessit , nec non Visitatione Gymnasii (in quo 55. promotiones scholasticas habuit , novainque Classem descendæ Calligraphiæ & Arithmeticæ , approbante Senatu Politico & Academico , instituit) acceptum à Deo diligentiæ , dexteritatis , fidelitatis talentum Proceribus & Collegis ita probavit , ut nemo esset , qui non Divinam gratiam in eo grātē agnosceret , & revereretur .

Quod ipsum non latuit Viros præclaros & celeberrimos apud exterorū quibuscum Defuncto nostro arcta intercessit necessitudo , crebrumque literarum commercium : Quales fuerunt in Helvetia Tiguri : Joh. Henricus & Joh. Jacobus Hottingeri , Waserus , Ernius , Klinglerus , Müllerus , Saiceri , Lavateri , Hofmeisterus . Bernæ : Hummelius , Hübnerus , Straußius , Bachmannus , Lüthardus , Nicolaus , Albinus , Rodolfus , Leemannus , Lucius . Schaffhusi : Schalichius , Pfisterus , Vitius , Ottius , Huberi . Sangalli : Hofmannus , Häggerus , Wegelini , Baumgartnerus . Lausannæ : Müllerus , Schönauerus , Davellus . Genevæ : Mestrezatius , Tronchinus . Heidelbergæ : Spanhemius , Joh. Ludovicus & Sebastianus Fabricii , Ramspeckius . In Hassia : Siöckenii , Heinii , Reinholdus Pauli . Gedani : Adrianus Pauli . Quibus aliunde accedunt Johannes Duræus , Gantefuilerus , Van Mastricht , Van der Wayen , Guilielmus & Gerhardus van der Meulen , Nethenus , Hildebrandus , Gürtlerus , Cramerus . Et ex Galliâ : Graverolius , Antillonius , plurimique istius nationis Ministri exules . Frequentissimum tamen & ordinarium ferè illi commercium fuit cum Excellentissimorum Theologorum quadrigâ Francisco Turretino , Joh. Henrico Heideggero , Joh. Friderico Miegio & Samuelle Andrea , quorum laudes & in Ecclesiam orthodoxam merita nulla ætas oblitterabit .

Scivit & abundè scivit , ac nobis nunquam non inculcavit , erubescere quamvis præclaram doctrinam , quam propria reprobendit conscientia , adeoque in id omne studium inten-

D 2

dit,

dit, ut Theologus esset λόγω τε καὶ ἐργω, sanæque doctrinæ vitam jungeret inculpatam. Quo zelo pro Dei gloriâ & eradicatione scandalorum agrum Ecclesiæ & Civitatis nostræ infestantium arserit, quâ fuerit in paternam Dei providentiam fiduciâ, quâm nitido veræ & infucatæ pietatis exemplo sine ulla hypocrisi nobis universis præfulserit, vos Auditores testes appello: qui itidem probè nostis, quâm fuerit sobrius & temperans erga se, quantus Mundi ejusq[ue] vanitatum contemptor, quâm validus affectuum domitor, candidâ charitate mansuetudine, lenitate cum quibusvis, etiam quos sibi maximè infensos noverat, agens, omnibus accessibilis, omnibus affabilis. Superiores coluit tanquam Patres: Magistratui ipse exhibuit & subditis inculcavit debitâ obseruantiam & obsequium: æquales dilexit tanquam Fratres inferiores tanquam filios paternâ benevolentiâ est prosecutus: erga Collegas non rixosus aut imperiosus, sed humilis, pacificus, humanus, qui dona Dei etiam in minimis agnosceret ac æstimaret.

Hinc omnibus, qui familiariorem illius notitiam habebant, gratus & acceptus semper fuit, etiam Principibus & in autoritate constitutis Viris: Inter quos præcipue venerationis ac humilimæ observantiae ergo nominamus præter ante memoratos *Fridericum Casimirum Comitem Ortenburgicum* ejusque Celsissimam Conjugem *Sibyllam Christianam*, Serenissimum Principem & Marchionem Badensem *Fridericum Magnum*, (cujus pro eâ, quâ semper fuit in Academiam nostram ejusque Prostatas gratiâ & clementiâ, illustrissimâ præsentia nunc fruimur & latamur) cum *Serenissima Conjuge & Sorore*: Nec non, *Georgium Ducem Wirtembergensem* Celsissimum, qui Nostrum crebris literis amoris ac benignitatis plenissimis honoravit: Legatos itidem Ordinum Foederati Belgii ad Helvetios, *Malaperium & Valkenierium*: ut & Legatos Helvetios variis occâ *Fridericam item Casimirum Comitem Hanoviæ*, sioni-

fionibus, præsertim in ultimo nostro dissidio intestino , ad nos missos , non Reformatæ tantum, sed & Pontificiæ Religionis , qui ipsum sæpiùs inviserunt , ejusque consiliis lubentes usi sunt.

Sed enim quum etiam *Tentatio* numeretur inter characteres veri Dei Ministri , placuit supremo rerum nostrarum Arbitro τὸν νῦν ἐν ἀγίοις variâ cruce , dum adhuc inter nos ambularet , exercere , non solùm quando dimidia liberorum pars , inverso fatorum ordine , in æternitatem illum antecessit ; sed & præcipue doloribus podagrīcīs ac nephriticis , quibus subinde corripiebatur , & tantâ cum vi corripiebatur , ut aliquando inter concionandum actionis vehementiâ calculum haut infimæ magnitudinis de se emiserit. Egregiè de Malo isto ad Jodocum Gaverum Erasmus : *Quam multi morbi*, inquit, *sunt*, *qui vincunt virgas*, *ungulas*, *secures & cruces?* *Quot annis multos discruciat podagra?* *Quot excoriatio renum & vesice?* *Quot Calculus meus carnifex?* *Leges quum maximè saviant dissecant vivum in quatuor partes*, priusquam attingant vitalia. At ego crediderim minus sensurum cruciatus , si cui membratim corpus dissecetur , quam qui sentit calculum sub imis costis , ac circa venarum , quas meseraicas appellant Medici , angustias fervientem. Noster vero adeò non fractus Mali istius violentiâ , ut quùm intus sæviret hostis , non nisi hymnorum sacrorum cantatione dolorum acerbitatē mitigaret , compositis aliquando inter exquisitissima calculi tormenta hiscē versiculis:

Pondera qui scelerum portasti Christe meorum,
Tolle dolorificos renum ramenta lapillos.

Adeò mirè , adeò gloriose in servo suo triumphavit Spiritus Christi , in ejusque infirmitate virtutem suam exeruit!

Quando vero etiam invidia Mundique odium ac contemptus à tergo sequitur fidelem Christi Ministrum , non caruit quoque Noster suis malevolis , qui optimè ab ipso

D 3

dicta

dicta & facta in malam partem interpretarentur , quorum verò dicteriis adeò non passus est se à legitimo tramine dimoveri , ut tanto audentior , quò superna ipsum trahebat vocatio , pergeret . Consilus nempe bonæ conscientiæ nihil sibi ab humano judicio metuit , sed illi omnia reliquit , qui *judicaturus est res tenebris occultatas* , & manifesta faciet *consilia cordium* : lubens meritoque idem cum Prophetis & Apostolis fatum subiens , præposterumque mundi judicium contemnens , ne fortè si *hominibus placeret* , servus Christi non esset .

At ô immensam cœlestis Patris bonitatem , qui quum nolit suos sub onere crucis & temptationum succumbere , Werenfelsio dulcia innumera amaris miscuit ! Quid dicam de fide illius in Deum , & quem misit Jesum Christum immotam , de Pietate illius & animo sua forte contento , de conscientia illæsa , qua mediis semper fuit tranquillus in undis , de donorum spiritualium abundantiam ad exantlandos sibi injunctos labores , & sustinendam munerum dignitatem , aliisque ejusmodi , quæ meum eloquium longè excedunt ? Quoad reliqua conjugium nactus exoptatum , & per illud clarissimis Literatorum familiis insertus , in liberis à se genitis vario fructus est gaudio & benedictione , præsertim in Celeberrimo Filio , quem jam ad ultimam tendens senectam , indicibili suo solatio , Collegam sibi adjunctum vidi . Corpus quoque , si illas , quas ante memoravimus , infirmitates excipias , semper habuit validum , senectutis molestiis parum & ferè nihil debilitatum . Sed nec animi vires , memoria , ingenium , judicium in effœta illa ætate quicquam defecere : quod quin insigne Divinæ Bonitatis argumentum sit , nemo , credo , est qui in dubium vocare ausit .

Calvini illud piè dictum : *Vultis me otiosum à Domino deprehendi?* ut & illud Hieronymi : *Felix & omni dignus beatitudi-*

aritudine, quem senectus Christo occupat servientem, animo volvens Conclaves in Evangelia, ut vocant, Dominicalia antè biennium demum linguâ vernaculâ in lucem emisit: Opus ad veram pietatem & solidam mysteriorum divinorum notitiam quibusvis etiam simplicissimis ingenerandam maximè idoneum. Nimirum uti Sol occiduus rubedinem aliquam in cœlo post se relinquit, cuius ductu Viatoribus iter prosequi licet: Ita beatus noster Parenz jamjam hinc migraturus, oreque posthac nobis non amplius locuturus, loqui tamen etiam post mortem voluit scripto, viamque salutis nobis monstrare, iustum dicens cum illo, cuius nomen gestabat, Apostolo, quamdiu esset in hoc tabernaculo, expergefacere nos per submonitionem, ut qui sciret, citò futurum, ut deponeret tabernaculum suum.

Sæpius nobis est testatus, hoc unum sibi in votis esse, ut ne aliquando ad functiones sacras ineptus fieret, sed sibi ad finem usque vita Deo servire daretur, id est, ut è medio cursu honorum operum subvehetur in cœlum. Deus, qui preces & sancta fidelium desideria non aspernatur, etiam voti istius fidelem suum servum compotem fecit. Festo Ascensionis Anni præteriti 1703. bis in Templo Cathedrali magnâ cum Coetus consolatione & ædificatione peroravit: mane quidem de Ascensione Christi; vesperi verò de tergeminâ fidelium Ascensione, quoad cogitationes & desideria in hac vita; quoad animam in morte; quoad corpus denique & animam in die Judicii. Nihil restare videbatur, nisi ut quod verbis docuit, suo exemplo probaret, atque adeò non Doctorem saltem, sed & Effectorem verbi se ostenderet. Quare uti hactenùs cogitationibus non nisi in cœlo versatus fuit, oblius eorum, quæ à tergo sunt, & ad ea quæ à fronte sunt contendens: ita nunc quoad animam spiritum immortalē terris aurisque relictis cœlestes sedes actu sibi occupandas ratus ad discessum se præparavit.

Statim

Statim enim post peracta illius diei sacra sentiens ex peripneumonia surgentes infirmitates, cum respirandi difficultate, horam suam præstò esse auguratur: hinc domo sua, familiaeque negotiis dispositis, ad beatam avālvtv se componit, omni mentis aviditate ad Christum properans. Monentibus nobis, expectandum cœlestis Archiatri, cuius manus nunquam est decurtata, auxilium, *Duplex*, inquit, *Dei est auxilium, restitutio in hanc, & translatio in meliorem vitam: & hoc posterius longè præstat altero illo:* addens porrò singulari cum ardore ac devotione: *Domine, aut mitiga, ut possum sufferre; aut fana, si opera mea diutius utilis esse potest; aut salva, si terminus vita adest, quod est optimum.* Dixisse, Virum Dei non ad mortem, sed ad discessum in Patriam se accingere: Tantâ erat animi tranquillitate, & ne minimi quidem extremi hostis terrores illi ingruebant. In maximis cordis angustiis animo erat composito, in nullas se effundens querimonias, ut qui sæpius acutiores longè dolores sustinueret. Peccatorem se esse, inquiens, nec meliorem aliis: Tolerandum ergo sibi in patientiâ & spe, non quirandum, si iisdem cum aliis malis subjiciatur. Mirè interim etiam sub virgâ castigationis in Deo Servatore suo lætatus, non cessavit interdiu noctuque suspiria & preces ejaculatorias (nam prolixam orationem non permisit pectoris oppressio) ad cœlum mittere, jubens quoque suos paulò antequam expiraret, preces sibi prælegere, & ad ultimum usque halitum, linguâ jam deficiente, intentus in ea, quæ ex Dei verbo à Reverendo Collegâ Wollebio ipsi ingerebantur solamina. Nec fuerunt preces istæ frustranx: Audit eas, qui numerum dierum nostrarum & temporis mensuram ante tempus præfinivit, & in tabulis suis consignavit: Ille vita & mortis arbitrus Jehova luctantis, sed & vincentis Werenfelsii animam septimo à decubitu die, Maji XXIII. Ætatis verò Anno Septuagesimo sexto, ad beatæ immortalitatis confortum evocavit.

Quod

Quod mortale fui habuit, juniorum Ministrorum humeris elatum, & in Æde hac prope Antecessoris in Domino requiescentis, *Johannis Wollebi*, cineres contumulatum, in tanto auditorum & spectatorum omnium ordinum, sexuum ac ætatum confluxu, ut Templum vix spatiolum satis esset omnibus continendis. Ex quo, quam graviter tota nostra civitas mortem istam tulerit, arguere licuit.

Et profectò erat tunc, imò adhuc dum est, locus querimoniae Davidis super morte Abner: *An nescitis, Principem & quidem magnum cecidisse in Israële?* Quis enim piæ mentis Eliæ isti cœlos adeunti non genebundus inclamasset: *Pater mi, Pater mi, currus Israëlis, & equites ejus!* Absit, procul absit, ut dicamus, ætate fuisse gravem, atque adeo ad mortem maturum. Si enim vetus annis, viridis adhuc fuit corporis animique dotibus: Et notum, inter gravissimas Dei poenas referri Senuim benè meritorum mortem.

Nostrum ergo est, Auditores, intimo dolore affici ob vulnus nobis infictum, & ne nive istâ dissolutâ multum inter nos luti fiat, peccatorum nostrorum culpam, &, quæ illis acceditur, Dei iram contritis mentibus deprecari, assiduisque supplicationibus apud Patrem illum luminum instare, ut quæ nobis restant Sanctuarii luminaaria sarta tecta conservet, aut si quæ inevitabili æternæ providentia decreto subinde extinguantur, ut in eorum locum alia sufficiat, ne à tenebris ignorantiae & impunitatis obruamur.

Cæterùm gratulemur Defuncto nostro beatam quam adiit æternitatem, nec inanibus votis eum ad nos reposcamus, qui depositâ mortalitate & universis seculi ærumnis in refrigerio apud Deum vivit. Si damnum nostrum ex ejus funere acceptum dolemus, non est quòd ipsum lugemus, qui post innumeratas, quibus in hoc mundi fallo

E

ja&tatus

jaetatus est, procellas in salutis portum feliciter introit, quæcunque sub Sole fiunt altum despiciens. *Lugeatur certe mortuus*, ut hoc mihi de suo concedat Hieronymus, sed ille, quem gehenna suscepit, quem tartarus devorat, in cuius panam aeternus ignis effuat. Quos vero Deus porrecta de cœlo manu ad se trahit, potius beatos prædicemus, nec doleamus, quod tales amiserimus, sed gaudemus, quod tales habuerimus.

Fruere ergo, ô Sancte Pater! (ad Te enim extremum se convertit nostra Oratio) fruere laetus cœlestium gaudiorum deliciis. Quem nobis prædicasti Triunum Deum, quem docuisti crucifixum, & ex angustia creptum, atque longè supra omnes Thronos, Dominationes & Principatus exaltatum Jesum Christum Servatorem in gloriosa cœlitum panegyri coram aspice, vide, contemplare. O Te beatum, qui emenso tandem post tot lustrorum agonas tibi proposito stadio à labore ad quietem, à πότε τῇ εἰ μέρες ad τῷ τέλειον, à fide ad aspectum, à cruce ad gaudia, à contumelia ad gloriam, à planctu ad jubila, & per tenebrosam mortis vallem ad cœlestem Hierosolymam, splendore divinæ Majestatis coruscantem, tam feliciter, tam tranquillè transiisti, & qui facem Verbi in cœlo mystico militantis Ecclesiæ nobis prætulisti, nunc in Ecclesiâ triumphante fulges ut splendor firmamentii, & tanquam Stellæ in seculum & in aeternum!

Vivet, vigebit indelebiliter in mentibus nostris Tui memoria, nosque ad eidem, quam nobis præcessisti, viæ strenue insistendum fortiter stimulabit, ut, quemadmodum nobiscum fuisti, nosque ad limpidissimos Evangelii rivulos per semi-seculum duxisti, aliquando in aeternitate pariter Tecum simus, ubi Agnus ipse, qui in medio Throni est, nos paſsurus & deducturus est ad fontes aquarum, Deus, abſurus omnem lacrymam ab oculis nostris.

Sed quorsum ista loquimur beatissimo cœlorum incolæ,

læ , qui nos ignorat , cumque rebus nostris nihil amplius
commune habet?

Quin ad Dei Filium vocem nostram attollamus , à quo
solo consolatio & auxilium nobis advenit.

Tibi igitur , ó Animarum Ἀρχιποίησεως , Jesu Christe ,
qui ad Parentem abiens alios quidem Apostolos , alios verò Prophe-
tas , alios autem Evangelistas , alios autem Pastores ac Doctores
dedisti , immensas agimus gratias , quod jam inde ex quo Evan-
gelii lucem ex tenebris Papatus splendescere iussisti , Ecclesia &
Academie nostra pios semper Prostatas , in eorumque numero
fidelissimum tuum servum PETRVM WERENFELSIUM indulgisti ,
sanctisque eius laboribus divine tue benedictionis rorem affudisti .
Magnum erat & incomparabile gracie tue donum , quod in ejus
persona nobis largitus es sed profundum quoque & dolorificum vul-
nus , quod morte ejus accepimus . Non adversamur sapientissime
tua providentiae , neque quod depositum illud tuum à nobis repe-
tieris murmuramus , sed ἀχαρεσίαν nostram accusamus , qui tam
reciose deposito multis modis nos indignos reddidimus . At , O cle-
mentissime Servator , in ira queso memor esto tue misericordiae , &
Doctoris nobis abrepiti damnum , maximum illud quidem & lu-
ctuosissimum resarciri , eoque fine duplam Spiritus , qui super illo
requiescebat , mensuram Successori in officio admettere , ut pallio
istius Elie indutus per ejusdem vestigia quoquo modo incedat , in-
que plantatione ac rigatione sua omnipotentem tuam manum ,
qua sola incrementum dat , experiatur . Tu , ó Sancte Israels ,
sanctum tuum inter nos assere Verbum : defensores ejus ac nutri-
cios , inclytum in primis nostrum Magistratum , tuere . Tu pie do-
centium & discentium cœtus conserva , Ecclesiamque & Acade-
miam hanc nostram gratiosis oculis respice : quos adhuc tua gra-
tiā reliquos habemus , quosque porrò dabis Pastores & Doctores
diu nobis salvos relinque , ut per illos veritas tua , que secun-
dum pietatem est , contra erronum strophas fortiter vindicetur ,
nosq̄. in fidei unitate immoti stabiliamur & conservemur . Ex-

audi gemitus illorum , qui ob fidem ac professionem Nominis tui
 in carceribus tenebris , Cænobiorum claustris , & tritemibus cru-
 delitatis Antichristianæ victima sunt , aut per deserta , montes &
 terra cavernas palabundi oberrant . Usque quo , Domine , quiescat
 scepirum iniquitatis super sorte iustorum ? Evigila , o Custos Isra-
 èlis , & Ecclesia plus quam Scythicam ac Phalaricam barbariem à
 gloria tua hostibus hactenus perpessa rupes avarugæs in conse-
 ctu tuo iterum concede . Instaura ruinas Sionis , adifica muros Hie-
 rosolyme . Pone metam & limites Martis furori , & pacem rerum
 optimam , sed pacem sinceram , pacem firmam ac stabilem orbi Chri-
 stiano , sub præsum malorum pondere satienti & ruinam mi-
 nitanti , tandem aliquando rede . Averte oculos à peccatorum in-
 ter nos grassantium illuvie , & per Spiritum sanctitatis tuae frides
 noseras ablue . Si semper tutum nobis præsidium , & inter decuma-
 nos , quibus omnis nostra vicinia horrendum jactatur , fluctus por-
 rò nos erectos & incolumes esse jube , ut non solum ipsi sub vine &
 fico quisq; sua securè agere , sed & alii dispersis , proscriptis , exuli-
 bus undiq; ad nos advolantibus exoptatum porrò Zohar esse quea-
 mus . Da deniq; , ut exitum conversationis Beati nostri Præsulis
 WERENFEL SII contemplantes ejus fidem imitemur , atq; adeò
 ad discessum ex hoc mundo paratos nos semper teneamus , ut quin
 hora ista fatalis præstò erit , ex hac turbâ & colluvione ad illud cœ-
 lestium animorum concilium cœtumq; proficiamur , ubi procul au-
 fugiente gemitu & tristitia in immmediato Tui aspectu gaudiorum
 ac latitiarum plenitudine fruemur , Teq; cum Patre & Spiritu
 Sancto celebrabimus & glorificabimus in æternum .

Amen.

D I X I.



EPI

EPICEDIA
IN OBITVM
BEATE DEFVNCTI
WERENFELSI.



EPICEDIA

missa ex

GERMANIA.

I.

Augusta Rauracorum, ut extulit parem
Chrysostomo virtute Werenfelsium,
Amisit entheæ mentis Virum & gravem,
Lapsi decus prægrande nuper temporis,
Nunquam sequuturis tacendum seculis,
Quod & Scholam templumque magnis dotibus
Beavit. Hinc Virum sepultum flebili
Luxit fono: sensit jacere gloriam
Suam, nec amplius recludi oracula
Ab ore facundi piique Rhetoris,
Qui Doctor acris atque veri præpotens
Vindex, secundus nulli Avorum, præfuit
Sacro ordini, prudentiæ vi nobilis,
Rari Vir exempli, piè qui præfuit,
Quod dixit, Osor omnis oris subdoli,
Officiis procul remotus sontium,
Laboribus par munerum gravissimis.
Hunc Curiæ luget Senatus inclusus;
Hunc tota Civium bonorum concio
Plorat, gemens silere Werenfelsium,
Quem Patris instar optimi suspexerat.
Nec luctui foret modus, nî Filius
Germen Patris celebre Werenfelsius
Hunc temperaret, & cathedram jam Scholæ
Ornare pergeret, paterni nominis

Tradux

*Tradux gravis ; sed & dolorem hoc mitigat,
Zwingeriana Suada quod pascit gregem
Christo sacratum : Utrumque soſpitet diu
Sionis Altor almus & custos potens !
Stat interim stabitque Werenfelsii
Antistitis post fata Nomen inclutum,
Canendum Eoo , & occidenti climati.*

Supremo honori magni Theologi
Dn. PETRI WERENFELSI
Ecclæ Basileensis nuper Antistitis vigilantissimi & facundissimi
Nec non
Academiæ Doctoris & Professoris longè celeberrimi
posuit

JOH. LAURENTIVS CROLLIVS S. T. D.
eiusdemque in Academia Marburgensi Profess. Ordinar.

I I.

Ille tuus, Basilea , fuit Wernfelsius ! eheu !
Da gemitum & lacrymis grandibus ora riga !
Ille fuit ! multum visa es quo ſoſpice felix,
Ille fuit ! visa es quo moriente mori.
Ille fuit ! qui Te Pietatem & sacra docebat,
Ille tuis vindex moribus , ille fuit !
Ille fuit ! Tibi qui toties pia Numina flexit ,
Et meruit precibus optima quæg̃, suis !
Ergo age ! nunc dites filient Tibi lumina fletus:
Ergo age , & in lacrymis disce naturæ tuis.
Nulla admittre animo tanti lenimina luctus,
Crede mihi , nimius hic nequit esse dolor.
Ille equidem multos Tibi tam bene profuit annos ,
Et quot non aliis , commoda multa tulit ,
Nec nisi poſt seram ſubieit ſua Fata ſenectam ,
Cum jam vita homini longior eſſe nequit.
Aſt eheu ! Patriæ qui tot bona contulit Urbi ,
Quoꝝ carere illo nesciit illa modo ,

b

VI

*Is certe æternam debebat vivere vitam
Incolamis, nunquam debuit ille mori.
At quo Vir Patriæ fuit hic magis utilis, hoc jam
Plus lacrymarum ejus mors peracerba ciet.
Sed bene proficiunt cœlestia Numinia Nobis,
Et damnum hoc pulcra conditione levant,
Dum tali Nos Nato & Successore bearunt,
Atq[ue] ita Divinum restituere Senem.
Ac Nos sic certe reparata hæc damna videmus,
Aut ea jam nullis sunt reparanda modis.*

JAC. CHRISTOPHORI ISELII, Basil.
In inclyta Catt. Acad. designati Histor. atque Eloq. Professoris,

III.

*Erwähntes Heilighumb! Betrübter Sions Berg!
Die Sonne wird nunmehr ein schwärz Cometens Werck;
Dein Nathan sinkt erbläst in Lethens Trauer Höle;
Ach werthes Israel/ dem so der Pfeiler bricht!
Dein treuer Lehrer wird durch sterben hingericht!
Es greift an Jammer - Noth Leib / Herzen / Marck und Seele ;
Mein Vatter / treu von Nath / auch ich fühl diesen Fall/
Die Post daß du erbläst ist mir ein Donner-Knall ;
Mich fränkt daß ich nicht kan ein Mausoleum bauen /
Und daß ich nicht gekonnt abstatten Danc und Pflicht
Vor das/was Vatter-Treu an mir hat aufgericht.
Doch soll ich nicht mehr hier dich mein Eliam schauen/
So gönne daß ich dir / mit seuffzen darff nachsehn
Und wünschen daß dein Geist mich doppelt mög antwehn/
Mit Thränen wil ich dich tieff in mein Herz begraben /
Es soll die Kindes-Pflicht hier Sarg und Bahre seyn ;
Im Segen bleib dein Nuhm ; Es steh umb deinen Stein :
Ruh werthe Schale/ ruht/ Gott wolt den Kernen haben.*

*Eigentliche Traur-Gedanken eines mit dem
Leib entfernten/dem Geblüth und Gemüth nach
ganz nahen Freundes.*

IV.

IV.

Sic ergo haud semper durat, mea Patria, *Petra*,
Petra, cui vere nomen & omen erat.
Fallor : *Petra* tuis fuerat Templusque Scholisque,
Petraque nunc durat semper in æde Dei.
Durat, & ut duret, voveo, tibi *Petra* salutis
Unica, quamque loco nemo movere potest.
In cathedra Patris tibi præstat Filius ipse
Petram, qui merito nomen & omen habet.
Gratia, Consilium, Auxilium tibi dentur in illo,
Quem Successorem jussit adesse Deus!
Hic intrare Domum fausto molimine cogat
Multos, & felix monstra nefanda domet.

Argentorato misit
 M. ANDREAS HEY, Cœtus
 Reformati Minister.

V.

Hinc, ubi Meishemium liquidis Glanus alluit undis,
Quas fundo lacrymas accipe, Rhene, meas :
Rauracidūm fulgens, quantillum est vivere ! lumen,
Delicium, sacri gemma decusq; chori;
Ille mihi multisque Idem Venerabilis eheu !
Wer'nfellus vita triste peregit iter !
Quid sinis intactum? quid rotum? deniq; quidnam
Immune est legis, *Mors furibunda*, tua?
Sit satis in Martem senvire ! quid Artis alumnos
Tangis, & in Musas arma timenda rapis ?
Sit satis in fungos falcem demittere : tantum
Quid rapis Heroëm? quid rapis ante diem?
Ante diem rapitur, Cumæis dignior annis,
Cum quo Rauracidūm gloria, splendor abit.
Tollitur, ah! nullum Sophies discrimen habetur,
Grex Pastorque, idem casus utrumque manet.

F

U,

Qui simul ac nostras rumor pervenit ad aures,
 Ultima Doctorem verba dedisse solo,
 Non aliter dolui, quam qui transfoſſus acuto
 Enſe cadit nudā ſemicadaver humo :
 Indoleo, manesque tuos, mi Petre, querelis
 Involvo, & lacrymas ad tua Busta fero.
 Usque adeò certum eſt, quā venimus antè, redire
 Illāc, & mudum reddere corpus humo !
 Usque adeò nihil eſt, vesci vitalibus auris,
 Et variat vita quilibet hora vices !
 Ut nihil in fatis ſtabile eſt, & turbine tandem
 Disjicitur quirvis pulveris inſtar homo !
 Petrus Petræus moritur, flos ille docentūm,
 Quō nūl Relligio caſtius ulla tenet ;
 Quique videbatur Pylī venturus ad annos
 Nestoris, & mortes poſſe domare decem :
 Ille ſed o ſubito nuper demeffus ab una
 Morte, nec huic formæ profuit iſte vigor !
 Nil ibi curatur, mortis falx demetit omnes,
 Nec nimis hic Juvenis, nec nimis ille Senex ;
 Credo ego, ſi Medica potuifet ab arte juvari,
 Eglingere, Tuā viveret ille manu ;
 Hardensque ſua, quā pollex ubique medendi
 Levasset eum, quem pius omnis amar :
 Zuingerus, quem fama velox fert undique clarum,
 Febre fatigato preſto tuliffet opem ;
 Si genus & Pietas, celebrisque Scientia Fatum
 Tardaret, Letho nečeret atque moras ;
 Viveret, & fidos inter perſtaret Athletas
 Præſul adhuc, ſacrum duceret uſque chorum :
 Comis, & in verbis ſincerus, apertus, & expers
 Fraudis, cuiq; animo ſemper amata Fides ;
 Helveticō verè natuſ de ſanguine, promiſus
 Inſervire ſuā ſi quis egebat, ope ;

Ipsa

Ipsa sibi Pietas fæcundum hoc peccatus ut arcem
 Struxit, & hoc omnes condidit artis opes.
 Tot licet hoc fuerit munitum doribus, illud
 Non sunt fata tamen passa manere diu!
 Esto modus lacrymis! fælix, mi Petre, suisti,
 Cui licuit fragilis ponere fortis onus!
 Sit licet in terris corpus, tamen inde triumphat
 Spiritus in cælis, & viget ante Deum.
 Quique alios docuit justorum tramite vitam
 Vivere, ceu fidus fulget in æde Dei;
 Quique alios pavit divini semine Verbi,
 Nam quoque caelesti pascitur Ille cibo.
 Esto modus, Patrem redivivum Filius ingens
 Sistit & illius munera Æna refert:
 Sarciet Omnipotens cladem hanc, Basilea, ruinam
 Sarciet, atq; malum coget abesse procul:
 Multa Tibi mesis Mystum est, Tibi gratia Jovæ
 Præstò, subinde recens, atq; par usq; sibi.
 O Deus omnipotens, Patriam tutare benignus,
 Posit ut hæc misericors Pella manere diu!
 Rore riga pia Templo tuo, clarumq; Lycéum,
 Nec patriæ caelo hæc astra perire sinas.
 Illa Nasireis peregrinis perflet asylum,
 Illa gregi presso suggerat usq; Dues!

Hisce Viri Incomparabilis, Præceptoris olim
 sui, plentissimos manes mœrens pro-
 sequitur & colit

JOH. HULDRICUS HEYDENUS, Basil.
 p. t. supremi in Ducat. Bipont. Consi-
 storii Præsidis Adjunctus, Ecclesiae Mei-
 senhem. Pastor, & Gymnasii Illustris
 Rector.

P E T R A. S A C R A T A.
F I S S A. C A S V. H A V D. E V V L S A.
D E I. T E R. O P T. M A X I M I.
G R A T I A.
R E P A R A N D A.

Ad

Maxime Venerandi, Nobilissimi, Excellentissimi Domini,

DNI. PETRI WERENFELSHI,

In inclyta Rauracorum Universitate

S S. *Theologiae Doctoris & Professoris*
celeberrimi,

Ecclesia Antistitis meritissimi,

T U M U L U M

rudi penicillo adumbrata

ab

Ejus Amicissimo,

D. XV. Julij,

A N N O,

M. D C C I I I.

VI.

Quis, Basilea, eheu! quis nostras perculit aures
 Rumor inauditus? PETRA SACRATA ruit?
PETRA SACRATA DEO, WERNFELSIUS ILLE
REVULSUS?

Qui duraturi Nomina bina tulit.
 Nomina signa quidem sic sunt, non Numina rerum,

Rerum, quas Unum Numen in Orbe creat;
 Et creat, ut pereant tandem cum tempore cunctæ,
 Sic pereant, maneant ut sine fine tamen.

Scilicet in terra manet invariabilis ordo,
 Nascieratque mori, longius aut proprius;
 Sicque mori, tandem quod morte renata perennent,
 Non vi naturæ, sed bonitate Dei.

Hac etiam natus PETRUS WERNFELSIUS olim,
 Hac & denatus conditione modò.

Nec tamen immerito PETRUS WERNFELSIUS audit,
 Qui fuit, atque manet PETRA SACRATA DEO.

PETRA SACRATA DEO vivus fuit Ille purandus,
 Cujus erat RUPES STIRPS ADAMATA DEO.
 Quique Deo, primâ post consecratus in horâ,
 Ut heret PETRUS, nomine reque SACER.

Nec quoque vana fuit vox Consecratio Patris,
 Sed benedicta, Deo suppeditante bona
 Corporis ac animi præstantia tamque stupenda,
 Ut fuerit Juvenis, terror amorque Viris.

Hinc se cum studiis totum sacravit & Idem,
 Cui sacratus erat, mente manuque Deo.

Omine felici sic consecratus, amabo!
 An potuit quisquam sede movere SACRUM?

Namque SACER, SAXUM velut immutabile, semper
 Cœlesti crevit vi penetrante Dei,

Ut fuerit facies, virtus, doctrina stupenda,
 Ut RUPES CONSTANS, nec variata semel.

Hinc meritò factus Doctor Verbiique Professor
 Divini, Antistes factus & est meritò.

O quam nervosè docuit juvenesque virosque,

F 3

Quam

Quām PETRI sancte DOGMATA SANCTA dedit.
 Quantus & Antistes fuit hostibus atque Prophetis
 Falsis, quēis certè RUPIS ad instar erat,
 Qui quoties passa est fracturam Ecclesia Christi,
 Rimae se ingessit, nomine reque PETRVS.
 PETRUS enim non PETRUS erat, Satanas reprehensus,
 Atque negans Dominum turpiter ore suum.
 Non sic noster erat PETRVS mutabilis unquam,
 Sed constans CHRISTI Doctor honorque SUI.
 RUPIS ad instar enim non sensit spicula quicquam
 Hostis, & extemplo fregit & imminuit.
 Adde, quòd haud unō talem se præsttit annō,
 Sed totā vitā, quæ diurna fuit.
 Saxea vita fuit, quam vix violaverat unquam,
 Quantumvis fuerit pernicioſa, lues.
 Hinc, quod non multis contingit, Nestoris annos
 Attigit incolumis, fata morante Deō.
 Quid miri refero? quem virtus vera coronat,
 An talis quæſo morbidus esse potest?
 Quo major Virtus, hoc major gratia Christi,
 Gratia quo major, morbus eo ipſe minor.
 Hinc etiam cecidit subitō ceu SAXEA RVPES,
 Et priùs est visus mortuus atque mori.
 Quid? quòd cum PETRO, RUPES fuit ILLA SALVTIS;
 Ergo ne dicas: Nomina vana tulit.
 Talis erat vivus, qualis nunc mortuus, audi!
 Mortuus est Rupes, vivus ut ipſe fuit.
 Fissus enim PETRVS RVPES à Numinis iſtu,
 Non tamen evulsus; sed pia fata subit:
 Altera pars Cœlo, pars altera redditur Urnæ.
 Sicque loco propriō permanet ut remeet.
 Æs loquitur sacram faciem conſtanter in Orbe,
 Virtutem claram gloria ſumma fovet.
 PETRI WERNFELSI durat doctrina perennē
 In libris doctis ac animis hominum.
 Durat & obthurat cunctis os hostibus, illa
 Obtundit, frangit spicula cuncta ſimul.

Durat

Durat & in Gnato, PETRUS WERNFELSIUS, alto,

Qui SAMUEL audit, quòd prece Patris erat
A' cœli terræque Deo, Matrisque petitus,

Atque Deo pariter redditus ut SAMUEL,

Digna Patris Soboles Magni & vitalis imago,
Seu vitam spectes ingeniumve Viri.

Quid? quòd in hoc GNATO nunc eruditio tanta,
Quanta fuit, fulgens in pietate, Patris.

Emoriar, nî vera loquar, Charissime Lector!

TALIS IN HOC GNATO PETRA SACRATA

PATER.

Ergo, quid, Basilea, Tui tam turbida defles
Doctoris casum? cur pia fata doles?

Scilicet haud facies viva & veneranda refulget,

Nec Sacri Verbi flumen ab ore fluit,

Ut quandam flumen clarâ de RVPE cadebat,

Atque Dei populo pocula plena dabat.

Est aliquid, fateor; sed quid faciatis, amabo;

Æterno nostro sic placuit Domino.

Hoc faciatis, ego Vobis si suasor & author

Esse queam, moneo: supplice voce Deum

Oretis, reperet, quam Vestra Academia passa est

Fraeturam, dignum restituatque Virum.

Pòst, Vestris, PROCERES, queis est Academia clara,

Consiliis absit livor amorque procul.

Interea pariter nos hîc venerabimur ore

Ac animo summum, qui colit astra, Deum,

Suggerat ut votis vestris, qui RUPIS AMATÆ

Fraeturæ quadret, PETRAq; VERA siet.

PETRA, Dei quâ vox resonet, quâ vera salutis

Doctrina & perstet gloria vera Dei;

Perstet & innumeros annos Academia Vestra,

Vobiscum vigeat, floreat & vireat.

Annuat ex alto precibus DEVS OPTIMUS, atque

Per CHRISTI MERITUM pondus inesse finat.

Ex

Ex HELVETIA.

I.

Conjugens vivos lapides Petræ, Petrus ipse,
In Petra vixti, Vir sapiens: Moreris
 Petræ. Non moreris, Petre, sed bene vivere pergis
In Petra, Nato, fetibus ingenii.

Cineres Viri πολῶν ἀναζήσεται
 beatos, venerabundus

Pos. lug.

JOH. JACOBUS HOTTINGERUS,
 SS. Theol. Profess.

II.

TU ne etiam, WERENFELSI clarissime, Mundum
 Deseris, & moriens, inclyte PETRE, cadis?
 O jaētura gravis? Veri solidissima rupes
 Sic jacet, & nivea sic pietatis apex!
 Pol justus, Basilea, dolor! Pol proderat istam
 Plus durare tibi, plus aliisque Petram!
 At fors jam metuas quoque Dei nutare favorem,
 Omen ut hæc Patriæ triste ruina ferat?
 Jes 54. Erres: Posse negat fieri Deus ipse; negatque
 10. Illustri in NATO redditus, ipse Petrus.

Lessum hunc ut luctus ita fiducia
 suæ testem esse voluit

JOH. HENRICUS SVICERUS,
 in Schola Tigurina Prof. L. Gr. P.

III.

In Exequias

Viri Excellentissimi, Domini
Dn. PETRI WERENFELSI,
 nuper apud Basileenses Ecclesiæ Antistitis, SS. Theol.
 Doct, & Professoris Celeberrimi.

Quid

Quid Basilea doles , tundis cur pectora paluis ?
 Wernfels luges tristia fata tui ?
 Devotum fuerat Christo caput atque Minister
 Cæli , tum sacrae gloria prima Scholæ .
 His latuit pax exuviiis , litesque perosum
 Pectus , & in niveis candor , amorque genis .
 Perstigit , & probitas oculis eluxit apertis .
 Hinc Urbs mæsta doles , ceu viduata patre .
 Est tamen , unde tuum possis lenire dolorem :
 Filius ecce Patris quicquid in arte fuit ,
 Reddit , & ingenti qua grandia damna tulisti ,
 Fænore compensat , dignus amore coli .

JOH. RODOLPHUS RODOLPH,
 SS. Theol. in Schola Bernensi Professor.

IV.

Doctrinâ , eloquio , zelo , pietate coruscus
 Antistes WERNFELS. Doctor in orbe gravis .
 Petri nomen habebat , erat Petra : proh ! dolor , ille
 Talis erat , sed nunc heu ! dolor , ille fuit .
 Occidit ! Helvetii lugent ! heu ! Rauraca tellus
 Ac Basilea dolet , Templa Scholæque dolent !
 Qui noster fueras Elias , currus equusque
 Israël , heu ! solos linquis in orbe pater .
 Quid Basilea doles ? Quem mors rapuisse videtur ,
 Immortalis erit , vivit & haud moritur ,
 Jam petuit cœlum , vivet post funera virtus ,
 Famaque post mortem non moritura manet :
 Est Elisæus adhuc , qui restat , portio dupla
 In Samuele manet . Nonne Rodolphus erit
 Antistes Petri successor ? idem diadema
 Petra dedit Petro , nuncque Rodolphus habet ?
 Quid Basilea doles ? solamen nonne manebunt
 Tanti Collegæ ? spes columenque Scholæ ?
 Wetsstein & Wernfels Zwingerum munere in isto
 Quod socium accipient , nonne levamen erit ?

G

Nonne

Nonne celebrabant magna hæc tria nomina vestram
 Sæpe Scholam? atque redit qui prius Ordo fuit?
 Præsidibus tantis instruētam nonne beatam
 Urbem jure vocem, Razuraca Templa, Scholam?

SAMUEL I EEMANN, V. D. M.
 & in Schola Bernensi SS. Theol. Prof.

V.

Senarii.

LAbori merces semper ut respondeat,
 Notum, tenore certo, voluisse Dominum.
 Hinc felix lugens, quoniam lætabitur.
 Esuriens felix, saturantem propter cibum.
 Felix misericors, nam miseret ejus Deum.
 Ergo, scandentem Christum qui bis dixerat,
 Scandereque ad Christum iussaret mentes pias,
 Scandisse cœlos quis dubitet Wernfelsium?

Aliud.

Scandentem Christum qui Discipuli viderant,
 Decem post dies acceperunt Spiritum.
 Scandentem Christum qui dixit Wernfelsius,
 Octo post dies est acceptus spiritu.
 Sicut plus facit qui dicit quam qui videt,
 Etiam felicior acceptus quam qui accipit.
 Currit accipiens, acceptus metam attigit.
 Hinc octo huic dies, dies at illi decem.

Aliud,

Versibus Elegiacis.

Antistes Wernfels obiit, frustraque vocatum
 Gnato eheu! retinent tristia fata caput.
 Antistes Wernfels periit, jamq; irrita nobis
 Vota pium repetunt ingeminata virum.
 Parce tuis, Lector, lachrymis, Eliæus honore
 Nam gemino gaudens, in Samuele venit.
 vel

Parce Eliâ indignis lachrymis, Eliæus honore &c.

ELIAS MERLATVS Santo, Laufannæ
 V. D. Min. & S. Theol. Professor.

V I.

In obitum Cl. Werenfelsii.

Alma Werenfelsum queritur Basilea sepultum,
 Cordaque lucifero plena dolore gerit :
Nec Tigurum lacrymas inhibet, sed jungit amicè,
 Et flet honoratum nostra Thalia senem.
Jure virum nobis tantum lugemus adentum,
 Qui fuerat tituli magnus honore sui :
Qui præco facundus erat, Doctorque probatus,
 Explanans solidè dogmata sancta Dei ;
Acer & indomitus verique bonique magister,
 Et vindex : rutilans Orbis in urbe decus.
Hic obiit, nec jam terris ostenditur ultra,
 Dum cineres pridem florida texit humus :
Non ultra in cœtu loquitur pro more siletque,
 Cui pretium laudis non leve lingua dedit.
Hinc citius deerunt lacrymæ, quam causa, dolendi
 Materies nunquam justa deesse potest.
Scicne non flectunt Doctorum nomina Parcas ?
 Scicne mors petrâ firmior esse potest ?
Attamen in tristes jam quid juvat ire querelas ?
 En, quod solamen non leve donet, adest.
Non moritur, quisquis bene vixit : vivere solus
 Desinit, ignavi cui periére dies :
Hic noster mundi spatis sublimior, annos
 Calcat, & æternâ lege beatus agit :
Mutavit terrâ superos, mortalibus astra.
Et Christo volupe est jam propiore frui.
Nec tamen in terris nunc vivere desit : ipse
 Vivit adhuc scriptis notus ubique suis,
Quae dedit æternis labor & solertia chartis :
 Vivit, & hac semper parte superstes erit.
Vvit in insigni quoque successore, Rodolpho,
 A Petra Petri cui diadema datum.
Vvit & in nato, qui viva parentis imago ;
 Qui vivi dudum dulce levamen erat,
Et (quod inauditum penè est) collega fidelis,
 Ejusdem consors muneric ipse fuit :

Qui porrò magni vestigia clara parentis
 Exprimit in parili, non minor ipse, gradu,
 Sicque Werenfelsus cæloque Deoque fruiscens
 In terris etiam vivat ut opto, diu.

Hæc in magni Viri honorem L. M. Q. p.
JOH. CASPARUS BRUNNERUS,
 Eccl. Tigur. Archidiaconus.

VII.

Doctor & Antistes famâ super æthera norus
 Werensfels fulsit, splendida stella diu,
 Luminis occasum luxisti Rauraca tanti;
 Gens pariter luxit Rhætica nostra quoque.
 Nunc aliud surgit sidus fulgore sereno
 Exhilarans cælum sic Basilea tuum.
 Solve Deo grates: Doctorum Triga beata
 Cumque illis plures sidera clara, micant.
 Hæc Sol Justitiae perfundat lumine sancto,
 Ut sancte vivat sic Basilea Tibi.

Celeberrimi vñ èz ἀγίοις Antistitis, sui novem ab hinc
 Iustis in privato Collegio Institutoris fide-
 lissimi memoriam sic recolit, homini-
 busque Basil. applaudit.

S. ZAFFIUS Ecclesiæ Curiensis
 ad S. Reg. Parochus, & Prof.

VIII.

דמעות
על פטירת

**במושך פיתרום ווירנוילס יומ
צוקל מופלא ומובהק חכם וטורה**
 האמרת והחכמת האלהית בקהלת קדושה ובישיבתה גרוולה ד'
 בזילאה חמלהלה

(a) שניהם מביריאת
 ברוא אלהים כל מציאות
 רברם

Judæi quas de versu

(a) שניהם מביריאת

ברוא אלהים כל מציאות

רברם

שְׁמֵיר fabulas tradant,
vid. ap. R. Kimchi Comm.
in I. Reg. VI. 7.

עשה קצת רנים נברים
שכבשו קשים דגרים
בן יש בגורל השערות
תולע שמנו שמיר בתורה
ובאשר משה אבני
פסל בחושן זיתנים
תחת כל פרול חתונים
עמו אבני וערוכים
היו בהיכל שלשלמה
בנה להשם אל מקומו
אך לא לשון שמר חלקה
(b) (b)
חיה אבל ابن חזקה
אף מות יש שמיר ותולע
שבקע כל רנבר וסלע
אכורי הוא נשך גרים
כתר תפארתנו וצרם
סלע מאור קשה ונאה
נפלא בעתו עז וויה
הוא האיש המופלא בעימים

פִּתְרוֹס ווַיְרָנוֹילִסְיוֹס תְּמִימָס

סלעשמו סלע גשםו
נראה בחוק של מתומו
בפרט לפי נפש ישראלה
חיה כמו ابن יקרה
כגעל כבוד קודש תרידות
חכמה תבונה חן מליצות
נפל אלה שפר עטרה
ב AOL בכנה בכנת במרה
עמי ספר אבר אבריך
מורה בחוריך ופין
שות שק ישראל שב הארץ
מת רועך קבור בארץ
הלק אבל נשאר בכורו
זכרו בנו נולד לחורו
הדר הוא גNIL לנו וסלע
יוסף לו אל שניים וזרע

His Virum Venerabilem fletibus prosequi voluit
JOH. ROD. CRAMERUS, ap. Tigur. L. S. P.

IX.

AN Petræ lapsæ nullum contra invida fata
Virtus auxilium præsidiumque tulit?
Invida fata putes, tantam quæ sternere Petram
Ausa fuere pijs: invida fata nego.
Petra haudum cecidit, nato sed durat in ipso,
In quo ceu speculo Patris imago nitet.

JOH. FRID. BENOIT, V. D. M.
& Philosoph. Theoret. Professor.

X.

Epitaphium.

Ista WERENFELSI exanimis tegit urna favillas:
Non opus elogio: Sat tibi nomen erit.
Cujas cunque fuas, Hospes, nisi prorsus es hospes,
Dudum, quis fuerit, quantus & iste, tenes.
Jam quoque Tu lacrumas. Redhibent cum fænore vivum
Illeque SUCCESSOR, NATUS & iste. Vale.

p. GOTTARDUS HEIDEGGERUS,
V. D. M. in agro Tigurino.

XI.

CUm Pius Antistes nuper docuisset ovantem
Christum: Christicolas jussit ad astra sequi.
Nec cunctatus Eum sequitur; Mæstissima defle
Mortem ejus Lacrymis, Urbs Basilea, tuis.

Sic Manes Venerandi Senis, olimquæ Præcep-
toris, nunquam sine suspirio nominandi,
venerantur

M. EMANUEL SCHLICHTER,

p. t. Pastor Lucisvia & Synodi Decanus.

M. JACOBUS LAUBERER,

p. t. Pastor Wattvillanus, uterque Basil.

XII.

Cur fugis, o, sedesque tuas, VENERANDE, relinquis!
O decus hoc ævi; Video currumque volantem

Aver-

Aversumq; Deum. Proh inclemensia celi!
 Nostra Corona est lapsa , viamque affectat Olympo.
 Cum Sotere suo subito super astra migravit.
 Vespere deserto mundi citus astat ad Eurum,
 Remigio alarum fidei, Dominumque precatus:
 Utilis ut populo , donec longævior, effet.
 Non gustat mortem , votum verum optimus implet.
 Non languet moriens ultrà , nec deficit annis.
 Septem ergo denis exæclis solibus & sex,
 Terrestres sedes , & pallida regna reliquit.
 Jamque domum ascendit genitoris , & ardua regna.
 Candidus excellens transivit limen Olympi,
 Cuius lux nobis non enarrabilis , orbem
 Phœbæum longè superat fulgore coruscō;
 Sub pedibusque videt nubes , & sidera cœli.
 Radit iter liquidum , vadit super arduus æthram.
 Plangite nunc ambæ sedes , & templa , Lycae.
 Plangite vos studiosa cohors , Nati que Prophetæ.
 Plangite vos , cives , & queis sua cura salutis.
 En vestrum Vatem (Jus in vos majus haberet ?)
 Immitis veloxque manu , Libitina removit.
 O liceat nobis Iustralia mittere vota,
 Et placare Deum , lethoque reposcere vitam.
 Redde virum , quid sæva paras Libitina cruenta ?
 Hunc' ne Duce m' gregis egregii , quem Raurica terra
 Usque colit , demis ? virum , cui mellea suada,
 Mvica recens ; ædis summæ productior ævo
 Commodus Antifles pariter Doctorque celebris !
 Ne te pæniteat gregis , o divine Magister !
 Sis bonus , o felixque tuis , nec subtrahē nostro
 Te Jova conjectu , propius detur ora tueri
 Christe tua o ! nam tempestas miseranda coorta est.
 Quid querar invidiam Superum ? Sunt ista faventis
 Signa Dei : (cluit is superos liberrimus inter .)
 Lene facit vulnus , nulloque exerrat in ictu.
 Doctori vita defuncto Filius acer
 Successit , tanti Patris non degener Hæres .

Th

*Tu, Samuel, generate pio, sine tempora circume
Inter lethales laurum tibi serpere morsus.
O miserans inopes, sortem nostram miseratus:
Suffice Pastores, Doctores, suffice Vires.
Increscant Animi, virescat vulnere virtus.
Igneus in cælum quondam tulit axis Eliam,
Decidit ex humeris vestis, quam tollit Elischah,
Non pariter decuit nostrum succedere cælo?
Induat altitonans duplicito Successorem!
Ο μακρίτα, precor, liceat dare tuta per undas
Vela mibi, liceat similem contingere portum!*

Sic flendo vovet
M. J. E. P. in Val. Th. & S. T. C.

XIII.

פתרונות וורנולד חנניך

תמורה

הוסר נס : גדול פתרונו.

פָלָא תֹוּ לְאַדְם לְכָל יוֹם אֲנוֹשׁ רַעֲתוֹ:

תִּמְלֹל גַּם נְחִיּוֹם לְעַם נְשָׂמֵחַ רַנְטוֹ

רְבָּבֶצְעַקָּה הָוָסְרָ נָסִי נְרִי וְאוֹרָ

וְלָבֶ מָאָד הַמְּרָ עַתָּה כְּמַרְתָּ בְּכָוָרָ

סְגַנְיָן וְדָרְשָׁן כְּבוֹדִי בְּקָרִיב נְקָדָרָ

וְוָלֶד מְחֻלָּל פָּאָר וְרָאָשָׁוּן לְאַנְשָׁאָרָ

רְעָה יְצָרָ עֲתִיקָ נְפָזָר לְפִי שָׁאָלָ

נְקָדָר בְּשִׁיבָּ וְעַזְןָ נְגִידָ יְהִי בְּקָלָ

עֲשָׂתִי וְעַשְׂרִים שָׁנּוֹת הָוּא אִישׁ תְּפָאָרָתָ

לְכָרוֹ

לְבָדוֹ שָׁאֵרִית לְשׁוֹנוֹ דֶּבֶשׂ דְּבָרַת
סָכוֹ בָּאוֹר חַיִּים פִּירּוֹשׁ קְנָה חַכְמָה
הַזְּהָרָה וְפַתְּרוֹנוֹ גְּדוֹלָה : וְצַלְחָה
נָוֶת בֵּית קָהָלָה באָחָר נְגִירָה אָמָנוֹ
בָּוֹרָה דְּבָרָיו וְגַם שֵׁם **צְוִינְגֶּרֶס** גָּאוֹן
הַיְחִיה אֲתָוּ סְפָקוּ יְחִיְּיָה
זְדוֹדִי וְאֶבֶן חַסִּיר שְׁלוֹם לְךָ נָרָי.

עַמְּזָה זוֹהָר דְּבָרִים מַעַט
 לְכִבּוֹד הַמֶּת אַדְּוֹן וּמַעֲמֵד תְּהִינָּה
 הַנְּגִיד חַדְשׁ אַבְלָה וְחַדָּה

SAMUEL LUPICHIUS,

Helv: Bernas.

S. S. Th. Alumnus.

Πιπτόνταν πετρῷν μεγάλοιν ἀναστέται ἄπικοι,
 Τίς κε βροτὸς φοβεῖσθε δίκαια θάμβως δέξιοι ἀκέδοι;
 Οὔτεν ἐρύποισται Μίνημα πέτραις ιεροῖσι,
 Οἶχος ὅλος (δεινὸν φάναι μὲν) πτάσιν ἀπέλλει.
 Νῦν ἔπεσεν εἰρέσθ, φεύ, πέτραι, βίον θέτο πέτρος,
 Οὐ πέτραι σαυτὸν πρὸς κύματα πάντα ἔδειξεν
 Τέλος μητρὸς τάτεν, ὀρσιτικοῦν ὃν ἀνέχουσαν
 Πάντον, ἐπὶ τίτανον χειρῶν σωτῆρα μένεται.
 Πέτροις ἦν διδαχής πάρτος καὶ θεοτείας.
 Πέτραιν νῦν δέρκεις ἔστοι, νῦν ἀδέρκειαν εἴπειαν
 Αδέρκειαν ὑψίσιοι γάνων τῷ δάσει ἀδέλφοι.
 Άλλ' ἀγε μὴ φρίττηται, ποιῶν, παρθένον ὁδούριαν,
 Πέτραις πιπτόσις, πιεῖσθαι γάρ ποιμένα ψήσειε,
 Οὐ τε διὰ θείαν σὲ λόγῳ εἰς τοιτὸ συνάξει,
 Οὐς βοσκήσει εἰδίσμασι πᾶν περιβατὸν τε γλυκέσσων
 Ήσθ' εἰς οὐδὲν σὲ δράμην ὑγήσεται ώπι πλανῶνται.
 Ωλίστης πάντων καὶ Σάπτε πάρτες, μέγιστε,
 Όχλοις σάσσοι ἐὸν καὶ ἐχθρέψεις σεῖο θέλαζον,
 Ποιμένα τούς τε παρθόντας φιλαστέο πολὺν χρόνον ἀσθεῖ,
 Καὶ πάντας πιεῖσθαι τοις δελούσσοντας ἀμὲν ἀυτῷ.

Τέτοιος τῇ Μακαρίτῃ κτίζεσθαι καὶ τῷ
 ἀξιωτάτῳ αὐτῷ Διαδήλῳ μελπει
 FRANCISCUS LUDOVICUS SPRINGLINUS,
 Berna-Zofingas, S. S. Thol. Cultor.

H

GENEVA.

I.

Ergo tuo, Basilea, cares Antistite! Terras
 Deseruit nostras optimus ille senex.
 Ergo abiit, cuius pietas, candorque, fidesque,
 Et labor assiduus, vix habuere parem.
 Ergo ea vox, quæ verba Dei tot prompserat annis,
 Amplius eximios non dabit illa sonos.
 Plangite, Rauracidæ, sublati fata Parentis:
 Plangite; nil vestris æquius est lacrymis.
 Plangite, vos omnes, quibus est Ecclesia curæ,
 Dum Doctor sapiens ac moderatus obit.
 Qui Divinæ docent, æquis non semper aguntur
 Motibus; Innumeræ Zeiis acerbus agit.
 Iste fuit veri pariter sectator & æqui,
 Nec nisi mansuetas doctus inire vias.
 Verum quid plangas raptum, Basilea, Parentem;
 In Samuele Petrus dum redivivus adebat?
 Non ille occubuit, quanquam occubuisse videtur;
 Perdita quæ in Patre sunt, singula natus habet.
 Vive, decus patriæ, nostri decus ordinis; utque
 Hoc possis Patrem reddere, vive diu.
 Vive, animæ pars magna mæ; vanasque refelle
 Doctorum pugnas; juraque pande Dei.
 Sospite te, nostris lux extenderit in oris;
 Doctrinæque sacrae perficietur opus.
 Tu quoque, cui Munus commissum Antistitis ingens,
 In te cunctorum votaque, spesque, cadunt.
 Tu genere & proavis magnus, Zuingere, sed ipse
 Acta Patrum superas dotibus eximiis.
 Vive igitur; vigeatque tuis Ecclesia curis;
 Teque beata diu sit Basilea duce.

Has querelas, istaque vota ex imo pectore fundebat
JOH. ALPHONSUS TURRETTINUS,
 apud Geneveses Pastor, Sacrarum Antiquitatum
 Professor, Academiar. p. t. Rector.

II.

II.

Si fato functos lacrymis revocare liceret,
O quantæ ex nostro peccore defluerent !
O Werenfelsi, celebris Patriæ Helvetiæque
Grande decus ! cur te mors inopina rapit ?
Longa fuit, nec diffiteor, tibi vita, bonorum
Vulgarem ad sortem si bene respicitur.
Quam brevis at Nobis ! queis cognita splendida virtus,
Doctrina, Eloquium, judiciumque fuit.
Auspice Te, dudum præclara Academia fulsit,
Floruit & Christi, Te Duce, turba pia.
Ergo Sydereis postquam est subiecta quadrigis
Mens sapiens, heu ! nos deserit attonitos.
Exorere o aliquis ! qui numine plenus eodem,
Collusores terras Lumine consimili.
Sed Te, NATE, Patris vestigia sacra prementem
Ingenti passu, jam videt orbis ovans.
Atque utinam vitae longos rerum arbiter annos
Addat ! quo felix conficias stadium.
Macte igitur, Vir Clare, animi, diffunde per orbem
Largus opes sacras divitis Ingenii.
Tu quoque Lux Oriens, ZWINGERE, ex æthere summo
Ereptum nobis redde subinde jubar.

Venerandi Antistitis, ac eximii Theologiæ Doctoris,
PETRI WERENFELSI, beatæ memorie, hæc mœ-
stus fudit & ad Reverendum ac singularis eruditio-
nis atque virtutis Theologum, SAMUELEM WE-
RENFELSIUM, ejus Filium, honoris & amoris cau-
sa transmisit Nonis Septemb. Anno M DCCIII.

LUDOVICUS TRONCHINUS,
in Academia Genevensi Theologiæ Professor.

III.

ACtum quare agitur, Tibi dum, venerande Werenfels,
Defuncto nullus non Monumenta parat ?
Cum, Tibi quæ vivus scribensve loquensve parasti,
Os æquet nullum, pennaque nulla satis.
Unius excipitur docti facundia Nati,
Ore refert qui Te, sed magis ingenio.

H 2

Quâ

Quā virtute fores nulli pietate secundus.
In cuius Vitā de facili legitur.

Sic Illustrem Defunctum desiderans perob-
servando Filio amantissimè condolebat

VINCENTIUS MINUTOLUS,
Ecclesiastes Genevensis, & politioris
Literaturæ Professor.

IV.

A Scendit Jesus: *Antistitis ultima* [a] vox est
Hæc Basilea Tui. Satis hæc jam diximus Orbi
Terreno; ast Cœli Basileiam scandere præstat,
Dixit, & obtinuit: Petro, se jungere Petræ
Cœlesti, datur, [b] ut cum nomine congruat omen.
Cessisti fatis; nunquam tua dicta peribunt,
Scriptaque subsistent quantum duraverit Orbis.

[a] Ipsâ Feriâ Ascensionis Dominicâ, binâ habitâ concione, eygneum
cantum modulatus est; paucis diebus post ad Superos abiturus.

[b] Præter nomen Petri, quod Vener. Dn. Antistes gesxit, Werenfeli no-
men gentile Teutonicâ lingua Terram perdurarem notat: qualis nunc,
Fundamenta Petri intime junctus, verè exsistit. Quæ & ipsa Viri Cele-
berr. mens fuit, cùm, ante novem circiter annos, symbolicum istud
distichon albo meo Amicorum benevolâ manu inseruit:

Petri Salutis eras puer, juvenique, viroque,
Arxilio ne me defere, Christe, Senem.

Sic grata mente Venerandi Dn. Antistitis,
& benevoli quondam Gamalielis sui, me-
moriam recolit, atque obitum plangit

JOEL HENRICUS PEYERUS,
Scaphus. Helv. Ecclesia German. Genev. Pastor.

EPICEDIA BASILIENSIA.

Ad

Piè placideque in Domino defunctum
Senem Venerandum

D N. PETRUM WERENFELSIUM,
S. S. Theol. Doct. Novi Testam. Prof. Celeberr. &
Ecclesia Antistitem vigilantisimum.

I.

M Agnus eras vivens, Werefels, à funere major,
Maximus at studio posteritatis eris.

Ingenium , virtus , pietas , facundia , candor,
 Ista simul Tecum non potuere mori.
 Te præsens coluit , veniens mirabitur ætas ,
 Et Te perpetuò fama loquetur anus .
 Vivus eras notus tantum mortalibus , ipsis
 Mortuus es , notus jam quoque cœlitibus .
 O felix , quisquis fragilis sic tempora vitæ
 Transtigit , is vivus mortuus esse potest .

Lugente animo p.

THEODORUS ZUINGERUS,

Phil. & Med. D. Anat. & Bot. Prof.
 Celsiss. Duc. Würtemb. Consil.
 & Medic. Acad. Basil. p.t. Rect.

II.

UT Pater occiderat , simul expirasse videbar ;
 Si quæ restabat , mors ea vita fuit .
 Erepti hand ætas poterat sedare dolorem :
 Qualis adhuc , qualis cum moreretur erat !
 Corporis atque animi si spectat Parca vigorem ,
 Credere me potius debuit esse seuem .
 Unumerat , afflictum quo me solabar , amicos
 Forte aliqua luctum posse levare meum .
 At mecum in lacrymas tristes solvuntur amici :
 Et decus ereptum flent sibi quisque suum .
 Parcite crudeles communi ostendere planctu ,
 Qualem sustulerit mors mihi dira Patrem .

Ad sororis filium , nepotem τῷ μακαρεῖτῷ
 charissimum , πέρος φάνηκα .

Accipe , delicium nostrum , spes maxima stirpis ,
 Ultima verba tui jam morientis Avi :
 Non posco lacrymas : tu si me diligis , usque
 Volve animo vitam volve revolve meam .
 Hanc propone oculis , gressus hæc dirigat omnes ,
 Totius & vitæ fit cynosura tuæ .
 Ingenio disces studium assiduumque laborem ,
 Et studio mores consociare pios :

H 3

Dis-

Disces inde Deo confidere , latus ubique
 Spectare officium, prætereaque nihil :
 Disces , quidquid agas , animum vultumque serenum
 Servare, & iustum posse tenere modum :
 Et recti studio conjungere pacis amorem,
 Veraque metiri pondere quæque suo.
 Inde loqui caute disces & posse tacere,
 Et voce & promta quemque juvare manu.
 Disces usque tua contentus vivere sorte,
 Et placida quævis tristia mente pati.
 Disces esse humilis, mitis, comisque, gravisque,
 Candidus, & priscæ simplicitatis amans.
 Disces : plura vetat mors dicere , tu mea si vox
 Deficit , ex vita cætera disce mea.

Epitaphium.

HIC OSSA PATRIS OPTIMI
 S^HE SUPERSTES FILIUS
 CUM LACRYMIS RECONDIDIT.
 EHEU ! PATRI SUPERSTITEM
 QUID ESSE DIXI FILIUM,
 SEPULTUS EST HIC CUM PATRE.

Ad venerandum Successorem.

Post ossa terræ credita,
 Famam Patris , qua nil mihi
 Supereft in orbe charius,
 ZWINGERE, commendo Tibi.
 Famam Patris dulcissimi
 Commendo cum fidei tuæ,
 Commendo cum prudentiæ,
 Quæ verba resque ponderat:
 Commendo Suadæ cum Tuæ
 Calamoque solertissimo,
 Calamo loquenti posteris :
 Commendo cordi cum Tuæ,

E quo

*E quo mei nomen Patris,
Ut spero, non delebitur:
Tali Viro talis Patris
Praeconium cum defero:
Hoc est, quod optimo Patri
Præstare possim, maximum.*

Sic luctum & pietatem in Parentem
desideratiss. testatur

SAMUEL WERENFELSIUS,
S. Th. D. V. Test. Prof. h. t. Facult. Decanus.

III.

ΒΗΡΕΝΦΕΛΣ ποιηὴν πισός τε Διδάσκαλος ἦσα,
Ἄγχισθε, λόγιος, καὶ σέσῃ δυνατός.
Δεῖπτε γένεν ταῦτη, τὰ ἐνέργεα πάντα μάταια,
Οὐφεν ἀνακάτεκη κρείποντα γνωσσύνην.
Ως θείσπετε γέγονα! οἵμας οὖν κύματα βαλτάδι,
Εδείμας ἤδη πέτρα εἶοι πάρα.
Κλείδης δή σε ἀεὶ ἀραδῶν τε φίλων τε ὄντων,
Εἰς ψῷ μεγάλῳ σοῦ ἔχομεν τὸ πλέον.
Οὐ μετά σ' ἥλθεν ἀνέρ, ἀκμαν ἀλγυράτα δίλγει
Τῇ τε ἐν ἀρετῇ καὶ δύνατ' ιδμούνη.
Ωφελον ἔμι θεὸς λιμενὸς δύνασθεν
Αθάνατος δρόν ὡς τέλος, ἀγανὴ γέρων!

Latinè,

WERENFELS Doctor fuerat Pastor, fidelis,
Judicio, eloquio cum pietate gravis.
Deserit is terras, vana infera cuncta relinquens,
Gaudia quā cœli, quæ potiora ferat.
Ter Venerande Senex! jaetamur fluctibus altis,
Sede sedes stabili, Petra salutis adest.
Te bona turba Virūm, Te grex celebrabit amicus,
In Gnato magno redditur omne decus,
Qui tibi successit, nostros lenire dolores
Tum Virtute suâ, tum simul arte potest.

O utinam

O utinam nobis felicem tangere portum,
Ut Tibi, sancte senex! Rex daret ipse poli!

Venerando quondam Praeceptori, dein Col-
legæ honoratiss. deb. obs. mon. p. lugens

JOH. RODOLFUS WETSTENIUS, fil.
S. Th. D. N. Test. Prof. Ordinis h. t. Senior.

IV.

ΠροσΦώνημα

Ad Venerandum Ecclesiarum nostrarum Patrem,
beatum & celeberrimum Antistitem
WERENFELSIUM p. m.

AH Pater! Ah Pater! ah currus Israelis, equesque!
Currus sunt fræcti, concidit acer eques.
Tu Patriam repetis, tristi nos orbe relinquis,
Te manet alta quies, nos lacrymosa dies.
Tristia fata subis, Pater, ab! mihi tristia certè,
Tristia fata tuis, prospéra fata tibi.
Conventus cecidit nostri Caput, atque columna
In te, sacrati lucida stella chori.
Prospéra fata tibi dico, quia tristia vita
Hujus mutasti, & cœlica regna tenes.

In luctuosissimum obitum p.

FRIDERICUS SEYLERUS, Past. Petr.

V.

Heraclite redi, lacrymis mortalia plange:
Nunc magis atq; olim quod lacrymeris habes.

FUndite nunc mecum lugubria carmina, Mystæ:
Lugete & pariter, Curia, templa, scholæ!
O luctus, lacrymæ ô gemitus, suspiria, threni!
O cecidit, cecidit firma columna domus
Sanctæ, Präco pius: mutatio certa futura est:
Fallerer ô utinam, fallerer ô utinam!

Aflet

At vos corde Deum clementem ad vota vocate,

Quis cordi est veræ Religionis opus:

Deserat afflictos ne tristi tempore Jhovah:

Nam res ardentes exigit ista preces,

Hæc inter lacrymas & suspiria tacitus fundebat
& sic Magni Werenfelsii, Collegæ XLV.
Annorum desideratiſſ. manes veneratur

JOH. JACOBUS FREY, Ecclesiæ
Basil. Pastor, & Ministerii Senior.

VI.

Fata, Werenfelsi, cum te supra vocarent,
Rauriaci planctu personuere lares.

Ingemuit gens sacra Deo doctumque Lyceum:

Heu! caput, heu! nostrum, spesq; decusq; cadit.

Nec tanti appetit cupidis reparatio damni,

Quæ curam afflictis mæstiamque levet.

Hæc patrii volvere lares: cum visa perire

Anxietas, facies, quæ fuit orta, redit.

Natus adeſt, ajunt, rediviva Parentis imago,

Nec deest cui vacuum cura replere locum.

Hanc Zuingerā dabit, docta gens inclyta lauru,

Sic bonus afflictis subvenit usque Deus.

SEB. FÆSCHIUS, JC.

Cod. Justin. Pr. P.

VII.

Tot meritis gravis ANTISTES confendit Olympum,
Cælorum & summa luce beatus ovat.

Ingens jaſtura hæc nobis: Successor at istam

Egregiè pensat, cui D E U S usque fave!

JACOBUS BURCKARDUS, J.U.D.

Pand. Prof. Facult. Juridicæ Senior.

VIII.

Quanquam jure, tua graviter quod morte dolemus,
Non tamen id fieri te cupiente, putem.

I

Te,

*Te, qui divina nos vivere lege volebas,
Credibile est fatum nolle dolere tuum.*

BONIFACIUS FESCHIUS, J.U.D.

Instit. Imper. Prof.

IX.

Non recinam luctus, quos mors inopina Beati
WERNFELSI peperit, sed mage vota feram:
In seros, quem nostra Academia sus icit, annos
Conservet Natum, qui regit astra, DĒUS!

JOH. JACOBI HARDERI, Dr.

Med. Theor. Prof. Com. Pal. Cæsar. Diversor.
S. R. I. Princip. ac Comit. Consil. & Archiat.
Ord. Med. p. t. Dec.

X.

Hactenus innocuâ, quid sit bene vivere, vita
Et verbo solitus nos docuisse tuo,
Sacri expleturus partes nunc muneris omnes,
Quid, sancta monstras, sit bene, morte, mori.

NICOLAUS EGLINGERUS, M.D.

Pract. Prof. P.

XI.

Qui siccō magni spectavit lumine PETRI
Funera, vix duris mollior ille petris.
Nec fatis advertit, passa est quod patria, damnum,
Quantaque in unius perdita morte viri!

JOH. RUD. BECKII, Ph. & M. D.

Log. Prof. p. t. Decan.

XII.

Ad Venerandum Virum D. D. S. W.

Tanto Patre doles merito, dignissime Fili,
Eliam ad superos sic abiisse lares,
Et luctu cum illo moreris: verūm inde resurgis
Te duplo major, magnus Eliza velut.

For-

*Fortius hinc porrò flentes solaris amicos,
Et geminā geminas sic dolor arte perit.
Felices ambos quater ò Natumque Patremque,
Quorum hic in Nato vivit ovatque suo!*

Addictiss.

J. J. H. Historiar. P. P.

XIII.

Sicne ergo, Venerande Senex, hæc ima relinquis,
Et Nos in luctu post tua fata locas !
Non equidem mirum est, post tot tantosq; labores
Cœlestem ad requiem Te properasse senem :
At luctum levat hunc successor muneris, Atlas
Impiger, & Natus non minor ipse Patre.

JOH. WETSTENII, U. J. D.
& Phil Mor Prof.

XIV.

Fortunate senex, supera cui sede recepto
Plaudit humus, plaudunt astra, favetque DEUS,
Maxime vir meritis, & cui, nisi Filius esset,
Patria non poterat jam reperire parem,
Cui totam infudit sese pietasque, fidesque,
Rectique & veri non simulatus amor,
Et par fortuna constantia, cuius inanes
In te blandicias sensimus atque minas,
In quo, sed facilis, gravitas, virtusque serena,
Mixtaque prudenti simplicitate fuit,
Tum mores nivei, & regina modestia morum,
Mens alacris, pectus mite, benigna manus,
Cujus ab affectu nemo, quin ictus amore,
Nemo, qui ab alloquio tristis abiret, erat.
Fortunate senex, cui gratia digna ferri
Nulla potest, meritis æquiparanda tuis,
Quæ tibi ZUINGERI statuit facundia, cunctis
Par aliis, sed non laudibus illa tuis,

I 2

Virtus

*Virtutis monumenta tuae, ne despice: nosque
Officii functos sit tibi parte satis.*

*Si fordanum hominum laudes, at disce ab illis
Virtutem exemplo lector amare tuo.*

J. JACOBI BATTIERII, J.U.D.
Eloq. P. P.

X V.

Ad Defundatum.

*P*ETRA licet durans vociteris, PETRE, perennis
Non tamen es, sed post tot nomina magna virosque,
Tot vitae morumque duces, quos aurea Virtus
Compositos astris supra contagia vulgi
Extulit, occubitis funestae victima mortis.

EMANUELIS KÖNIG, Ph. & Med. D.
Phil. Nat. P. P. Soc. Leopold. Nat. Cur. Coll.

X VI.

*S*UNT, qui sollicito torquent anagrammate venam,
Nomini adinveniant omen ut inde fluens:
At simul aspicias Nostrum venerabile nomen
Petri * Gehrenfels / illico & omen habes;
En Petrus veræ Petræ! quod fortior ullo
Sugestu & cathedra plurima lustra fuit;
Cui pietas, Doctrina Dei, constantia mentis
Eloquive vigor juncta fuere simul.
JANUS, Basilea, Tibi tantus Doctorque Paterque
Ex oculis raptus cælicu in arce sedet:
Flemus jure omnes, Academia, Templa, Scholæque,
Flemus jacturam, Patria tota dolet.
Hoc modò solamen supereft, oracula docta,
Natus, Successor, queis redivivus adeft.

Montato e in a si Wahren Tels.

EMANUEL ZÆSLINUS,
Ph. & M. D. Rhet. Pr.

XVII.

XVII.

Dum Tibi Collegæ morituro adstare, piâque
 Extremum poterant dicere voce vale;
 Dum Tibi certatim persolvere iusta laborant,
 Magne Vir, exequiis inter & esse tuis:
 Plumerii procul hinc madidans ego gurgitis usū,
 Officio in Patriâ cogor abesse meo;
 Ac Tibi, quo gaudent alii solamine, solus
 Extremum impedior dicere posse vale.
 Ah! quanto implevit mea tum præcordia luctu,
 Terribilis quanto nuntius imbre genas!
 Insolitos quærens medicabilis unda meatūs,
 Segniūs assuetis incipit ire viis;
 Omnia confestim per lumina flumina reddo,
 Quemque bibo, in lacrymas vertitur ille latex;
 Jamque meos sensim languor novus occupat artūs,
 Et redeo in patrios ægrior ipse lares.
 Fortè brevi, dixi, jungar Tibi; Teque beatas
 In fedes, primus, qui comitetur, ero;
 Et quos ista negat, mihi vult concedere primo
 Forfitan amplexūs altera vita tuos.
 Sic mecum: sed & hoc aufert solaminis alter,
 Amplexūsque mihi præcipit ecce tuos;
 Proximus astra petit post Te *Buxtorfius*, atque
 Me miserum porrò vivere fata jubent.
 Prò dolor! usque Tui quò vivam orbatus & exors?
 O decus, ô populi deliciumque tui!

JAC. BERNOULLI, Math. P. P.
utr. Soc. Reg. Sc. Gall. & Brand. Soc.

XVIII.

*E*st, fateor, flendum: iustissima causa dolendi est,
 Quod cecidit sacri portio prima chori.
 Attamen & magni præbet solatia damni
 SUCCESSOR, quo non dignior alter erat.

JOHANNES BUXTORFIUS,
V. D. M. design. L. S. Prof.

I 3

XIX.

XIX.

Ως ἀπ' ἄρε τῷ οὐρανῷ, φῦλο, κατὰ τὸ ὑψηλόν λίπεις, ΒΗΡΕΝΦΕΛΣ,
 Ων κῦδος ποτὲ γῆς ἢ μέγα Ράνγαρχίδος.
 Οὐκέτο δὴ, κατὰ τὸ ὑψηλόν λίπεις, μάλα δὲ ἀσυνθέτω ιλὺς,
 Ήπει μέν τὸν ἀνθρώπους ἀμφίκυτον, ἐξέφυγες.
 Ασματῶν ἐξέφυγες τὸν ἕστον ἐπὶ χθονὶ ποδῶν
 Συρφετὸν, ἵστε βίσι λύματα πάντα βρατᾶν.
 Σὴν δὲ ποδήν τοι ἐνεπλήσθη, τὴν δὲν ἔχεσκεσο.
 Χειρές ἐν τοσοῦ ἀγκαλιζόμενοι πέλει.
 Τόνοι δὲτοι ἐπόθεις μάλα, τόνγ' οἰνέρεο, τῷδε
 Πέτρην ὡς σερεῖν οἷον ἐπὶ πλούνος.
 Τόνοι εἰφίλεις, τὰ δὲ ποτὰ βροτὸν μέγαθανταί γεται.
 Πάντα τοι ὅδεν καὶ βολεύσαρα πέλε.
 Τὸν δὲ τοι εἰρηνὴν ἐπὶ χρόνον ἐξηγνείας ὥπασιν
 Καπετονὸν ἱδὲ αὐτοῦ μεταχίνην ἔθανε.
 Τρεῖς μάκαρες εἰς καὶ πετράδεις, ἢ αἰδοστοτάτης αἰσθάνει.
 Σὺν Θεῷ δὲ τὸν ἄνθρακας τοιούτους βίοτον.
 Τρεῖς δὲ μάκαρες καὶ σῆς ὑποθυμούνγος πιθήσεις,
 Άς ὑπὸ προφορίας θύκασι, πᾶς ἔστει.
 Αὐτὸς μηνοδικοι σέδεις ἡμεῖς ὑματε πάντα
 Άλλον τοι οὐδόντας ἐξηγεῖται δὲν γένει.

SAMUEL BATTIERIUS,
 Ph. & M. D. Gr. L. P. V.

XX.

PAstor obit, nostrâ fuerat qui summus in Urbe,
 Et nobis longum dicit in orbe vale.
 Jactura hæc quanta est! pietas, doctrina, fidesque,
 Dexteritasque isthinc sic abierte simul.
 Reprimo me, in Nato manet Is porro usque superstes,
 Qui Cathedram illustrat pro Patre ritè sacram.
 Suggestum Zwingerus habet, qui clarus avitis
 Et propriis meritis enthea verba sonat.
 Mitius Herois tanti hinc jam damna dolemus,
 Ac luctus nimios gratia dia vetat.
 Nos, Vir Magne, magis, quam venerit hora, sequemur
 Pastoris gressus sic præeuntis oves.

JOH. HENRICUS STÆHELIUS,
 Ph. & M. D.

A

XXI.

A Nobis abiens Magnus nos ecce relinquit
 Ecclesiæ Pastor, Theologumq; decus;
 Profuerat lingua, vitâ lumen dedit orbi:
 Corporis ait obitum cessat utrumq; simul.
 Cessat? lingua tacet, sed posthac scripta loquentur,
 Quis deinceps multis utilis esse potest.

GERMANI HERMANNI, Gymnasiarchæ.

XXII.

D Ant alii mundo vigilis monumenta laboris,
 Doctrinæ fœtus ingenique sui.
 Unica multorum laus hæc, clarissime Præsul,
 Est levior meritis inferiorque Tuis.
 Nam Tibi debemus divini pascua Verbi,
 De quibus haud partem trux Libitina rapit:
 Debemusque Tibi similem, quem suspicit orbis,
 Natum Doctorem, quo Tua fama viret.

M. MANGOLDI, Archid.

XXIII.

F Irmiter innixus Christo juvenisq; senexq;
 Constanti fueras religione Petrus.
 Usq; expertus eras: sed nunc nunc deniq; sentis,
 Te recte in solida spem posuisse Petra.

M. ALEX. WOLLEBII, Minist. Martin.

XXIV.

E Reptum quisquis nobis heroa dolebit,
 Ille idem eruptum gaudeat esse senem:
 Damnaque ZUINGERO jam successore levata,
 Qui bene defessi portat Atlantis onus.
 Hoc, DEUS, ut portet longumque & fortiter, illum
 Suffulci auxilii robore quæso tui.

FRIDER. BATTIERII, Past, ad D. Albani.

XXV.

XXV.

Musa, quid in cassum conaris fundere lessus,
Doctorisq; Tui tristia fata queri?
Detur fata Dei flecti sperare canendo,
Et mea perpetuus solverit ora modus.
Ait, quæ nulla potest ars scita refingere cœli,
Pectore compressus digerat illa dolor.

HIERON. BURCARDUS, Past. Elisab;

XXVI.

Sicceo spectabam Genitoris funera vultu:
Inscia namque ætas non dederat lacrymas.
At verò hunc tollit cum Mors furibunda Parentem,
Exerit impatiens se querulusque dolor.
Quò fugis, alme Pater? Mundi pertæsus abivi,
Christum visurus, quem didicisse juvat.
O Tibi grata quies! Jam, Fratres, flere querique
Celestems, hilares atque sequamur Eum.

Manibus
Ven. Dn. ANTISTITIS, sui è Sacro
Fonte Susceptoris, p.

THEODORUS GERNLERUS,
V. D. in Æde Franciscan. & Xenod. Minist.

XXVII.

Cum Wernfeliadem sacras liquisse cathedras
Et reputo hoc nobis interiisse decus,
Continuo immani turgent mea pectora luctu,
Ilicet & multis fletibus ora rigo.
Sed cum Zwingerum reparare hæc damna recordor,
Quæ gemina ex illâ morte cathedra tulit;
Zwingerum, quem Cognati mibi sanguinis olim
Vincula, prolixus quem mibi junxit amor,
Cum video hunc meritas defuncto dicere laudes,
Et sua divino reddere justa Seni;
Templa Scholæq; animos iterum sumissè videntur,
Atque iterum à tantis se recreare malis;

Nec

Nec Wernfelsiaden nimio jam plangere queſtu,
 Ut cui laudator contigit iſte, queo:
 Nec me, quem tali amissō Fautore dolentem
 Successor simili porrò favore beat.

J. J. HUBERI, V.D.M. ad S. PETR.

XXVIII.

INgemuit Basilea suo viduata diserto
Præſule, tot meritis & pietate gravi.
 Credita sed postquam Zuingero eſt Sparta, regeffit:
 Solamen nobis hic quoque Pastor erit.

Sic luctum ingentem, ex jaſtura Viri Celeberrimi, ſed
 & ſpem indubiam de Succelfore meritiſſimo concep-
 tam, incoito metro exprimit, utriue Viro Vener.
 fanguine & cognitione junctus

J. HENR. GERNLERUS, V. D. M.
ad D. Petri in Eccl. Basil.

XXIX.

DUm fueras inter nos, Vir Clarissime, noſtrum
 Delicium fueras, eximiumque decus.
Unūm ſollicitos fecit, coma barbaque cana,
 Tam veneranda aliis, tamque decora Tibi.
 At nobis meruenda, mali præſaga, nec abſque
 Omine lethifero ſollicitudo fuit.
 Te vitâ dignum nec cura laborque dolorque
 Frangere ſed potuit ſola ſenecta Virum.
 Fregit, & id ſubitò namque hebdomas una docentem
 Viderat in templis, exanimemque domi.
Fortunate Senex! cui tot per luſtra docere
 Cum fructu, & tot cum laude præſeffe datum eſt.
 Ter felix! cui ſic Domino diem ad uſque ſupremum
 Servire ex voto contigit atque mori.
 Nos equidem miseros! nive quos post fata ſoluta
 In cœno orbatas ceu duce linquis oves.
 Aſt ô felices! ſi nos tua dicta colementes
 Sectemur ductus eminus uſque tuos.

JOH. RODOLFUS WETSTENIUS,
Diacon. Leonhardin.

K

XXX.

XXX.

Cur mea Musa files? cur vix suffiria ducis?
 Quis gravior luctus pectoris ima premit?
 Scilicet ingenti titubant perculta dolore
 Pectora, quem verbis prodere lingua nequit.
 Quæ diu sustinuit nostrum bene Petra Sionem,
 Corruit en subito, nec reparanda jacet!
 Hem schola Doctorem, Pastorēm Ecclesia quantum
 Perdis, quam eximum Tu, Basilea, virum.
 Patrem perdidimus, Fratres, Christi fideles
 Servi, quæs sacri tradita jura Gregis:
 Orphanus amissit Patrem, viduæq; maritum,
 Aegri solamen flent abuisse suum.
 Quondam delicias hominum, Romane, vocabas
 Titum; laus nostro convenit ista magis.
 Iftius alloquio quivis recreatus abibat,
 Mendicus, Dives, maximus & minimus.
 Occidit hoc lumen, Vir tantus desit esse,
 Desit & radiis nos recreare suis.
 Hinc illæ lachrymæ, tanti hæc est causa doloris,
 Prae nimioque rigens lingua dolore tacet.
 Ad Ven. Dn. Successorem.
 Tu meſtam recreas mentem, tu pectora nostra
 Exhilarare gravi preſſa dolore potes.
 Cum subeunt animum pietas, facundia, zelus,
 Ingenii robur, judiciique Thui:
 Cum dotes reliquas attentâ mente revolvo,
 Excipiunt luculum gaudia grata meum.
 Protinus exclamo: nulla heic jactura, refarcit,
 Quicquid perdidimus Vir pius atque sagax:
 Solvit in laudesque Tuas mea lingua, Patrone,
 Proque salute Tua fervida vota facit.
 Eſo gregis Chriſti Pastor diu, luxque Lycæi,
 Dulce decus Patriæ, Ruris & Urbis amor.
 Perge salutari Doctrinæ extendere Regnum
 Cælorum; in cælis præmia digna feres.
 Sic ex profundo suo mætore eluctatur
 SAMUEL GRYNÆUS, Dec. & P. L.

XXXI.

Nos ut adhuc miseri, ventis jaetamur & undis;
 In portu ast jam Tu, VIR venerande, sedes;
 Nos flemus meritò nostris Te rebus ademptum;
 A nostris gaudes Tu procul esse malis.
 Dicere nos horret, quæ, quantaque perdere Tecum
 Cogemur, nullis restituenda modis.
 Dicere lingua nequit, quæ, quantaque sint tibi parta
 Gaudia? mortali non referenda sono.
 Nos meritas luimus pœnas, Tu præmia carpis,
 Et frueris visu jam propiore Dei;
 Sic Rupi innexus vivæ Tu, PETRE, salutis,
 Fixisti æternos hâc Tibi Rype lares.

EMAN. MEYERI, V. D. M.

XXXII.

ANTISTES fuit ad Superos & sidera vectus,
 Quæ dudum nobis pandere cura fuit:
 Eloquio, vitâ, doctrinâ, fronte modestâ,
 Innumerisque aliis, Numine dante, modis.
 Quæ simul in sese quisquis deprénderit, Ejus
 Exemplo instructus, non minus astra petet.
 Absit IS, at NATUS præsens totum exprimit, Iustum
 Tu sequere, & magnum sic tibi siste PATREM.

M. JOH. ROD. HOFMANN,
Pastor Muttenensis.

XXXIII.

PUBLICA deplorent alii, mihi priya dolenda
 Insuper, & lachrymis edecumanda piis.
 Pro Genitore mihi fuerat nam haud simple, luctum
 Perge DEUS lanans omnibus esse Pater!

M. NIC. RYHINERUS,
Pastor Eccl. Pratellensis.

K 2

XXXIII.

XXXIV.

Non bene constabit, Tua sit quo nomine major
Gloria, quo pietas Præsule culta fuit.
Num, quod eras, donec vivebas, undiq; tantus,
Vel TIBI quod tantus FILIUS est genitus.

S. SOCINI, des. Pastor. Aristorfensis.

XXXV.

Festa dies aderat, quâ Christus scandit Olympum,
Semper ut ad dextram Numinis ille foret;
Rostra bis est visus concendere sacra WERENFELS
Fundens eloquii flumina docta sui;
Dum juvat Ascensus Domini narrare triumphum,
Instantem potuit significare suum,
Namque brevi, moriens, animâ concendit Olympum,
Vivat ut hic festos & sine fine dies.

PAULUS FAJUS, V. D. Minister.

XXXVI.

Qui DOMINI longo pascebatur tempore gentem,
Præclarâ semper dexteritate docens:
Qui supra via m multis monstrabat ad astra,
Quiq; Nasireis dux quoq; fidus erat.
Hunc meritò, ereptum peracerbo funere, flemus,
Plorat & extinctum Patria tota Virum.

VINC. PARAVICINI, G. B. C.

XXXVII.

Qui toties hilari concendit pulpita mente,
Monstratum populo grande salutis opus,
Debuit hic tandem cœlestes scandere montes,
Amplexuque Dei proximiore frui.

Honoris monumentum p.

NICOLAUS RIPPELIUS, C. D.

XXXVIII.

Mors fuerit placida atque beata Antistitis, ehen!
Attamen in lacrymas abripit; Ille mihi

Præcep-

*Præceptor fidus, cui omne id debo quod sum,
Extitit : hinc illa proveniunt lacrymae.
Diffuerem lacrymis, Ejus nisi Filius esset
Hæres ex asse: Hunc protege, summe Pater !
Sic plangit seque solatur*

M. PAULUS EULERUS, ad D. Jac. M.

XXXIX.

L Egifer ille Heros, qui SUMMUM vedit in igne
Perficiens forti maxima quæque manu,
De Cœli instinctus percussit vertice Petram,
Elicuitque Suis flumina dulcis aquæ.
Nos mirabamur Petram, quæ Numine tacta
Torrentes fudit nectaris ore sacro.
Sed mirabamur : fuit hæc contermina cœlo
Eheu Petra fuit! gloria nostra jacet.
Æquata est superis virtus, quam jure reposcunt;
Nos verò lacrymis busta rigare decet.

M. REMIGIUS MEYER, Præcept.

Gymnaf. Basil.

XXXX.

C Orpus humo tegitur, cœli mens incolit arcem,
Et viget æternum non periturus honor.
Christe, tuere tibi qui cuncto tempore vixit,
Daq; resurgentis regna beata poli.

M. FELIX HUMELIUS, S.M.C. Præcept. Class.

XXXXI.

QUi nobis facri pandebat dogmata verbi
Fervidus ostendens, quæ sit ad astra via.
Mortuus est eheu! senio confectus, & alto
Urbis totius corda dolore replens!
Sed, cives, tandem lacrymas abstergite, tanti
Cestetis tumulum contemerare Viri!
Vivit adhuc noster, justorum sede potitus,
Atque novi fulget stella corusca Poli.
Vivit & in Gnato, nostri qui summa Lycae
Gloria, sit cuius non peritura dies!

Ejus,

Ejus qui verò sacro sermone revelas
 Laudes? nonne probat, dupla dedisse Deum
 Dona tibi, nostri Thisbitæ? munere quæso
 Quantus eris? jam jam fama perennis ovat.
 Floreat ô Patrium Decus hoc! Zuingeria virtus
 Vivat, ut æterno flore Corona suo!

M. JOH. HENR. FIECHTER, V.D.M.

XXXII.

Academia Basiliensis deplorans jaeturam
 Clarissimorum Virorum haud pridem
 fato præceptorum.

Condoleo merito, quoniam irrevocabile fatum,
 Sustulit hos Tantos falce furente Viros.
 Zwingerus, Wer'nfels, Buxtorfius occubueré,
 Hen! mihi quis lacrymis invigilare vetet?
Quis vetet, ut doleam? quis reddit lumina adempta?
 Doctorum Genitrix nunc Basilea gemit!
 Ast, sodes, lacrymis, Academia Regia, parce,
 Nam Claros Natos progenueré Tibi.
 Zwingerus, Wer'nfels, Buxtorfius, ecce supersunt,
 Qui meritis reparant fata dolenda suis.
 Non minus induti fulgebunt ueste paterna.
 Ut salvi vigeant tempora sera, precor.

TUMULUS.

Rauracuſ Antistes PETRUS WERNFELSIUS, acer
 Sacrorum Doctoř Theologūm̄ decus.
 Judicio preftans, ſtudio indefeffus, honore
 Summus, Gymnasiis commoda multa ferens:
 Suggestu & Cathedrā consumens tempora vita,
 Quæ fugienda monens, quæ facienda docens.
 Hæreticis valide Verbo scriptis̄ repressis,
 Præreptus fato conditur hoc tumulo.

M. EMANUEL BLEYENSTENIUS,

S. M. C. Præc, Amerbach.

XXXXIII.

XXXIII.

VItam beatam quærere desine
 In vanitatum hoc tramite lubrico ;
 Sed sempiternas quære sedes,
 Quas tibi nulla rapit procolla
 Sortis malignæ : nec furor impius
 Turbae nefandæ, sanguineis procul
 Quæ dexteris detorquet ignem
 Ardua ut horrisono repandat
 Fragore tecta & mœnia diruat :
 Nec quas voraci temporis invida
 Auffert vetustas : nec dolosis
 Insidiis hominum malorum
 Mox occupandas. Respice sydera,
 Arcemque Cœli , quam Bonus Arbiter
 Rerum Fideli Christiano
 Tempore perpetuo dicavit ;
 Illic dolorum finis & omnium
 Calamitatum , quas comites tulit
 Hæc Vita, nec videbis illic
 Imperitare pii superbos.
 Hæc quum doceret fidus & innocens
 Antistes ac Doctor Werefelsius ;
 Et nos triumphantem juberet
 Verbigenam Ætherias ad auras
 Sequi , præivit continuò gregi,
 Nobisque tristeis exequias dedit :
 Dedit dolores , datque lessus
 Sæpe chely querulâ canendos,
 Infensa nobis , heu ! nimis Atropos ;
 Nostræ columnam subruis unicam
 Ecclesiæ , manuque fævâ
 Demetis è medio Virorum
 Florem & coronam ter venerabilem,
 Dignam perenni vere, virentibus
 Subinde , quum Phœbus focillat
 Frigidulum Zephyris Eoūm

Ægros

Agros adurentem, heu! Patriæ decus,
 Scholæque culmen decidit aureum:
 Cessat juventutem, heu! disertus
 Fundere mellifluos liquores
 Magister; Ingens ille Chrysoftomus
 Mortis Triumpho succubuit. fleant,
 Singultientes atque amaros
 Pectoribus gemitus ab imis
 Promant & urbem planctibus impleant,
 Qui Literarum sacra colunt. Vale!
 Vale! Camœnarum alma Mater,
 Urbs Basilea: tui peribunt
 Dehinc Honores, non erit amplius,
 Quâ rostra stillent angelicum melos,
 Hæc suada, sed quò me dolores
 Abripiunt nimium querendo
 Fatis iniquum? Non obiit pius
 Dei Minister, quin superum choro
 Adjunctus æternis Triunum
 Carminibus celebrat, satorem
 Orbis, nec omnino Werefelsius
 Terras reliquit; sed valet & docet,
 Ceu Phosphorus Lucem reportat
 Hesperis tenebris ademtam:
 Sic iste nobis Phosphorus in suâ
 Fulget cathedrâ. Filius à Patre
 Eductus, edoctusque Myſta
 Invigilat studiis salutis.
 Vivat, perennet, lumina Rauricis
 Spargens Athenis, stet Werefelsius
 Marpesiae vel cautis instar
 Fluictibus in mediis aquarum.

Hisce moestissimis lacrymis Viri Venerandi
 atque Celeberrimi D. D. PETRI
 WERENFELSI, Antistitis nostri
 meritissimi, tumbam irrigare voluit,
 debuit

ZACHARIAS HEMMINGERUS,
 S. S. Min. Cand.

XXXIV.

Quem Præceptorem vivum venerabam, amaris
Ereptum nobis lugere nunc lacrymis.
Lugeremque magis, nisi Filius ipse juberet
In se quærere opem præsidiumque Patris.
Quin & Successor, quem jam clementia cœli
Concessit nobis, spem fovet ipse meam.

Ita obitum Venerandi & Celeberrimi Domini Antistitis lugere, observantiamque suam testari voluit

JOH. JAC. FRIZIUS, S.S.M.C.

XXXV.

Cum fuerit vivus Werefelsius ille * fidelis
Servus, post mortem jure beatus erit.

* Mat. 25. 21.

J. FRANCISCUS ULLIUS, S.S.M.C.

XXXVI.

Quod merito, BASILEA, tui Pastoris ademti
Deplores mortem, quisque videt facile:
Quippe obitum luges Magni Doctoris, & æqui
Mansuetique Patris, magnanimumque viri,
At sit solamen, quod post sua Funera vivit
In Scriptis, solidâ quæ pietate nitent.
Vivit & in NATO, nobis Pietate Parentem
Ingenioque suo, jam referente diu,
Istum, DULCE DECUS, longævos servet in annos,
Ecclesiæ curam qui gerit usque, DEUS.

J. R. B. S.S.M.C.

XXXVII.

IN CHRISTO moritur PETRUS WEREFELSIUS, atque
Sic Petro Christus petra salutis erat.
Eiusdem corpus parva nunc conditur urna:
Gloria sed tanti vivet in orbe Viri.

Hinc acerbam magni nostri Antistitis
& venerabilis Senis mortem deset

M. JAC. HERMANNUS, S.S.M.Cand

L

XXXVIII

XXXVIII.

UNICA mors equidem nobis est syllaba, sed quām
Fleibile cordolum post sua terga trahit!
Corripit haud solum ignavos, vilesque bidente
Sternit humi, at magnos & quoque magna necat.
Culmina magna necat, quibus est Ecclesia fulta,
Publica fulta quibus, Pieriaeque Scholæ.
En nostri fuerat fidus qui illustre Lycei,
Ivit ad umbrarum regna, sepultus humili!
En cœtus facti Pastor fidelissimus, ore
Amplius haud nobis perc piendus adest!
Mutaque lingua filet! quid? non iit ille sub umbras,
Nec filet illa Poli in luce sacra DEO.
Ac nobis redivivus adest, successor uterque
Hunc nobis reddit, **FILIUS**, atque **DEI**
Qui Verbum ore sonat simul & pars magna Cathédrae est,
Jacturam nobis sarcit uterque satis.
Præstet uterque mihi quoque vix reparabile damnum
Quod feci in tanto funere, clade pari
Quā mihi ter misero subductus **AVUNCULUS**, & sic
Præceptor raptus, Gloria Solque meus!

M. THEODORUS FALCISIUS, S.S.Th.S.

XXXIX.

PETRA salutis erat, qui Te juvènemq; senemq;
Duxit & è terris vexit ad usq; polum.
In superis fulget qui fulgit clarus in orbe,
Heic qui sydus erat, sydus in arce poli est.

M. P. MANGOLDI, Med. Sc.

L.

HEU! Basilea, novas incide faces, Tibi summus
Occubuit DOCTOR, PASTOR acutus, acer
Incusent alii Fatum, mortemve tyrannum,
Prensantes lapidem cum canibus rabidis:
Nos cum * Psalte decet conscendere pulpita cœli:
Jaçtavit lapidem cœlicolum Dominus.

* Psa.39.10.

DANIEL EBERTUS, Philos. & Philol. Sc.

ELEGIE.

Quand le grand Werenfels eut quitté ce bas monde
Et de la mort subi la Loi,
Nous sentimes tous trois une douleur profonde
L'Eglise, l'Auditoir & Moy,
De son ilustre Chef celle-la fust privée,
Celle ci d'un Docteur fameux,
Et Moy, d'un grand Ami que j'eus dans ce Licée
Toujours pour moi si généreux ;
Ainsi nous devons tous dans ceste conjoncture
Où chacun trouue son malheur,
Si nostre ame n'est pas des ames la plus dure
L'abandonner a la douleur ;
Redouble donc sur nous ta juste violence
Douleur, & ne cesse jamais
Vous larmes, de nos yeux sortés en abondance
Pour plaindre ce grand Antistés,
Nos yeux ne pouvans plus le voir dans ce bas Monde
Ils y veulent incessamment
Etre pour lui de pleurs une source feconde
Qu'ils respondent si justement ;
Je scai bien qu'à nos pleurs la Mort ne veut pas rendre
Ce que par elle nous perdons ;
Mais cela n'est il pas un sujet d'en répondre ?
Lors qu'en vain nous les respondons.
Nostre perte pourtant n'est pas désespérée ;
Trois mois après nous avons eu,
Le bonheur de la voir pleinement reparée
Le jour que Zuinger fust esleu,
La douleur & la joie, assemblage contraire,
Se trouuent donc dans nostre coeur,
Werenfels ne se void nulle-part sur la Terre
Mais Zuinger est son successeur ;
Nous pûmes retrouver dans ce jour memorable
L'Antistés mort dans cet eslu,

K 2

Ec

Et recouurer en lui par un sort equitable
 Tout ce que nous auions perdu.
 L'Eglise a recouuré, pour le sainct Ministere
 Un Chef comme l'autre accompli,
 L'Auditore un Docteur bien digne de sa chaire
 Et Moy de mesme un grand Ami.

S O N N E T.

QUand le grand Werenfels eut quité ce bas Monde,
 Sans doute ce depart nous dût fort affliger,
 Mais d'une affliction quoy qu'elle soit profonde
 Par la Raison enfin on se peut degager.


Ce Monde de tous maux est la source seconde,
 D'où l'ame fort contante on l'a veu desloger,
 Et dans le plus haut ciel où le vrai bien abonde,
 Son Sauveur pour toujours a voulu le loger.


Deplus si Werenfels ne se void plus dans Basle,
 Nous y voyons toujours son Fils qui nous estale
 Les rayons esclatans de son habileté.

Voila de nos regrets un excellent remede ;
 Par un si beau moyen Basle encor le possede
 Et dans ce docte Fils il est resuscité.

F I N I S.







XXXI.

uc miseri, ventis jactamur & undis;
ortu ast jam Tu, VIR venerande, sedes;
rito nostris Te rebus ademptum;
gaudes Tu procul esse malis.
it, quæ, quantaque perdere Tecum
, nullis restituenda modis.
equit, quæ, quantaque sint tibi parta
nortalii non referenda sono.
mus pœnas, Tu præmia carpis,
visu jam propiore Dei;
is vivæ Tu, PETRE, salutis,
ernos hâc Tibi Rupe lares.

EMAN. MEYERI, V. D. M.

XXXII.

S fuit ad Superos & sidera vectus,
& dudum nobis pandere cura fuit:
doctrinâ, fronte modestâ,
que alii, Numine dante, modis.
ese quisquis deprenderit, Ejus
instructus, non minus astra petet.
ATUS præsens totum exprimit, Iustum
& magnum sic tibi siste PATREM.

M. JOH. ROD. HOFMANN,
Pastor Muttetenfis.

XXXIII.

plorent alii, mihi priya dolenda
per, & lachrymis edecumanda piis.
nihil fuerat nam haud simplice, luctum
EUS sanans omnibus esse Pater!

M. NIC. RYHINERUS,
Pastor Eccl. Prattensis.

K 2

XXXIII.